tionis. qz nulla cōclusio demonstrat nisi illa in qua propria passio p̄dicat̄ de subo suo. **T**ertius autem modus deseruit demonstrationi tanq̄ via in demonstratōne sicut sensus est via in sciam. nam cum nostra cognitio incipiat a sensu. et in t̄m aliqua sensibilia sint inq̄tū fundant̄ et indiuiduantur. et sustētant̄ in p̄mis substātys. ideo tertius modus fm̄ quē aliqd̄ p̄ se existit. facit ad p̄ se scire. qz inde sumit originē oīs sensus cū nihil sit sensibile nisi inq̄tū p̄ suuz subm̄ et p̄ p̄mas subas indiuiduatōne suscipit. **Q**uartus modus deseruit demonstratōni tāq̄ demonstratōnis mediū. qz in quarto ex primū p̄ se cā passionis q̄ est passionis mediū. ita q̄ iste modus nō coincidit cū sc̄do. cū iste dicat cām effectiuam. et sc̄ds cām subiectiuā cum interitus non sit subiectiue in ip̄a stragulatione q̄ est causa. sed in ip̄o interēpto. sicut etiā eclipsis nō est subiectiue in interpositiōe terre. sed i luna. et in hoc cōtradicit secūde opinioni. **E**x quib⁹ cōcludit **E**gi. qz lz q̄ttuoz modi faciant ad scire simplr. nō t̄m sūt vtiles nisi tres. s. p̄m⁹ secundus et quartus. p̄mus virtualiter et alij duo formaliter. verbi gr̄a. cū demonstrat̄ illa. luna eclipsat̄. cōcurrit formaliter secūds modus. quia illa cōclusio est secūdi modi ex quo subm̄ ponitur in diffinitione p̄dicati. et cōcurrit formaliter q̄rtus modus. qz interpositio terre que est pp̄ria causa eclipsis est mediū in demonstratōne nō aut diffinitio lune. **H**anc opinionē distīcte recitauit. quia iter alias potissima fūda menta habuit et modū demonstrādī clarius docuit. et t̄m nō simpliciter abereō. **P**rimo qz mihi videtur qz primus modus ingrediatur formaliter demonstratōne iuxta exempla **A**ri. in l̄ra adducta cōtra aliā opinionē. dicit enī p̄hs 2<sup>o</sup> hui⁹ qz diffinitio mediū et causa sunt idē. igit̄ diffinitio subī ē mediū in demonstratōne. sed de hoc magis in sc̄do videbitur. **S**c̄do qz nō solū p̄positio secūdi modi ē cōclusio i demōstratione. sed etiā quarti modi. qz aliter nō diceret i l̄ra p̄hs qz simpliciter scibilia sūt p̄ se. aut sicut inesse p̄dicantib⁹. aut sicut inesse p̄pter ipsa que sunt ex necessitate. **D**einde hec p̄positio. est demonstrabilis. interēptus interyt. et ipsa est q̄rti modi. vt exemplariter locutus est **A**ri. in l̄ra. **I**ste etiam sūt quarti modi. statūfica facit statuā. edificator edificat. et sūt demonstrabiles p̄ cām exp̄ssam in subo. vt colligī de mēte p̄hi 2<sup>o</sup> p̄hi. **T**ertio qz nō bñ dictū est tertiu⁹ modū facere ad scire simplr rōne p̄maz subaz a quib⁹ depēdet cognitio sensitua. qz suba p̄ma nō sentit̄ nisi p̄ accidēs. vt determinat p̄hs 2<sup>o</sup> de aīa. igitur sensibilia nō sūt sensibilia rōne p̄maruz subaz. neqz recipiunt indiuiduatōne a p̄mis subys. sed magis a mā vel a q̄titate cū acc̄tia sensibilia n̄ min⁹ differēt nūero si nulla eēt suba p̄ vt p̄ de albedine et dulcedine. caliditate et frigiditate et q̄titate in sacro altaris. **Q**uarto qz nō est necessariū p̄dicatū cōclōnis demonstrare inesse subo. cōclōnis de quo fit demonstratō. qz vt dictū est iste sūt demonstrabiles. statūfica facit statuā. medicus sanat. edificator edificat. et t̄m factio statue nō est in statūfica sed i statuā. neqz sanatio est i medico sed i egrotāte. neqz domificatio ē in domificatore. sed in mā dom⁹. **Q**uarta opinio fuit modernoz parisiensū q̄ iā cōiter tenet̄ di. oēs mōs necessario cōcurrere ad demonstratōne. p̄mi duo cōcurrūt. qz demonstratur pp̄ria passio p̄ diffōnem subī. **T**ertius aut̄ qz ponunt̄ in diffinitione t̄rmini absoluti exp̄mentes tertiu⁹ modū. q̄rtus etiā necessario ingrediū demonstratōne p̄pter habitudinē p̄missaz ad cōclōsionē dicentē cām effectiuā. **T**ert̄ h opinio deficit. **P**rimo qz nō q̄libet demonstratō fit p̄ mediū diffinitiuū subī. sed aliq̄n p̄ passionē p̄cedentē vt dictū est. **C**olerico enī demonstrat̄ appetere vindictā p̄ ebullitōne sanguinis in corde. et nō p̄ diffōne colerici. **S**c̄do qz i p̄dicamentis q̄tītatis et q̄lītatis sūt demonstratōnes potissime iuxta exempla data a p̄ho in l̄ra vbi nō cōcurrit formaliter tertiu⁹ modus. qz oēs t̄rmi illi lz sint absoluti. t̄m dicūt̄ de q̄daz alio subo. **D**einde cū in p̄dicamentis respectiuus sint genera et spēs et passiones in eis p̄nt fieri demonstratōnes sine cōcurr̄ terminoz absolutez. **I**deo aliter est dicendum ponendo

quattuor documenta. quoz p̄mū est istud. **A**liqua est demōstratio potissima in qua nō cōcurrit nisi primus modus formaliter et intrinsece. et aliqua in qua t̄m sc̄ds. et aliq̄n in q̄ t̄m quart⁹. **P**rimū p̄z vbi demonstrat̄ diffinitio mālis p̄ formaliter iuxta p̄cessum **A**ri. et hui⁹. et 2<sup>o</sup> de aīa. vbi demonstrat̄ diffinitio anime materialē p̄ diffōnem formalē isto mō. oē p̄m⁹ vegetandi sentiēdi fm̄ locū mouēdi et intelligēdi est actus primus corporis p̄fici potentia vitam h̄ntis. sed aīa est h̄s igitur et. **S**c̄dm̄ etiam est notū vbi demonstratur sc̄ba passio p̄ p̄mā. vt omne disciplinabile est risibile. omnis homo ē discipinabilis. ergo omnis homo est risibilis. aut quando demonstratur eclipsabile de luna per interpōnem terre. **T**ertium liq̄ isto mō. omne habēs caliditatē i actu calefacit. sed calidū h̄z caliditatē in actu. ergo calidū calefacit. **S**c̄cundū documentū qz sic dignitates ingrediunt̄ vtualr̄ oēm demonstratōne. ita diffinitio subivirtualiter ingredit̄ oēm demonstratōne datā p̄ diffinitionē passionis. qz quelibet talis resoluti in illā tanq̄n in p̄ncipiū suū. ex quo sequit̄ qz p̄m⁹ modus ingreditur omnē demonstratōne formaliter vel virtualiter. si enī demonstrat̄ p̄ma passio diffinitio subī formaliter ingreditur. **S**i aut̄ demonstratur alia sequēs tūc ingreditur virtualiter ipsam demonstratōne. p̄pterea dicit p̄hs in p̄logo de aīa. qz ipsuz qd̄ qd̄ oīs demōstratōis ē p̄ncipiū. **T**ertiu⁹ documentū. qz in causis est ordo eētialr̄ nāc. qz finis necessitat̄ agēs. et agēs formā. et forma māz. nūq̄ at̄ eō. **U**n̄ itētiōi nāc p̄i⁹ occurrit finis q̄ agēs. et p̄us agēs q̄ for⁹. et p̄us for⁹ q̄ mā. q̄ dato seq̄t̄ qz 2<sup>o</sup> modus necessario ingredit̄ oēs demōstratōne potissimā formalr̄ aut vtualr̄. qz si n̄ illō accideret vbi dem̄rat̄ diffō p̄ diffōne. aut effect⁹ i actu. p̄ cāz i actu. s. h̄ n̄ ob. qz i q̄libet illaz ingredit̄ vtualr̄ cū sp̄ cā posterior respectu poris h̄eat modū passionis. sicut. n. et necessitat̄ a poris cā sic passio a subo. ita cā vel effect⁹ in actu reduciū ad cām vel effectū in potētia tāq̄ ad suū p̄us. vñ p̄i⁹ ē medic⁹ q̄ medicās et sanatiuū vel sanabile q̄ sanare. **Q**uartū documentū qz sic ad oēm trāsmutatōne nālē necessario cōcurrūt q̄ttuoz cāe aliq̄ intrinsece et aliq̄ extrinsece. vt h̄z 2<sup>o</sup> p̄hi. ita ad oēm demōstratōne necessario cōcurrūt oēs modi intrinsece vel extrinsece formalr̄ vel virtualr̄. cōcurrūt enī p̄z p̄missē intrinsece i qb⁹ formalr̄ aut virtualiter sunt duo p̄mi modi. **E**xtrinsece vō demōstrator p̄rinēs ad 3<sup>o</sup> modū et sc̄ia acq̄sita p̄ notitiā p̄missaz p̄rinēs ad 4<sup>o</sup> modū. sicut enī hec est p̄ se in 4<sup>o</sup> mō. statūfica est faciēs statuā. ita he p̄missē i demōstratōne sūt cāe cōclōnis. **L**oquēdo ḡ de necessitate tā intrinseca q̄ extrinseca. tā formalī q̄ virtualī. sic ad oēs demōstratōne necessary sunt oēs q̄ttuoz modi. sed loquēdo de necessitate intrinseca solū formalī. sic ad oēm demōstratōne est necessarius prim⁹ sc̄ds vel q̄rtus modus. nō t̄m aliq̄s istoz. seorsum est necessari⁹ ad oēm demōstratōne. iō **A**ri. loḡ in l̄ra diffūctiue et nō copulatiue dicens p̄pon̄ ez scibile t̄m p̄ se sicut inesse p̄dicantib⁹. aut inesse pp̄ ipsa q̄ sūt ex necessitate. et notat̄ ter dat̄ exēplū ibi solū in sc̄do mō. qz vt dixi ille formalr̄ aut virtualiter ingredit̄ oēm demōstratōne ex quo effect⁹ vt cā in actu. t̄rinet̄ virtualr̄ i effectū vel i cā i potētia. et diffō data p̄ cām posteriorē t̄rinet̄ virtualiter in diffōne data p̄ causaz a priori. ideo secūdo huius dicit p̄hs qz diffinitio in eo quod quid est nō demonstrat̄. qz peteret̄ p̄ncipiū. **S**c̄do notandum principaliter circa exempla **A**ri. qz a quolibet subiecto fluūt passiones quaz aliquas nominam⁹ nomine simplici. vt disciplinabile et risibile. alias vero nominamus nomine cōposito diffūctim per opposita. et maxime puatiua. passionē enim propositionis nominamus isto termino cōposito. s. verū vel falsum. et passionē lineē nominamus hoc cōplexo. s. rectū vel curuū. **N**umero vero attribuimus hanc passionem diffūctaz. par vel ipar. quelibet enim istaz passionum. rectum vel curuū est. pp̄ria passio lineē. sed nō cōuertibilis et quelibet illarum par̄ impar est propria passio numeri. non autem cōuertibilis. sed solū diffūctum. et ex hoc cōcludit̄ philosophus quatinlibet talem passionem necessario inesse.



# Primus

subiecto suo. Et fundamentū philosophi est istud. omnia con-  
tradictoria incōplexa & contraria & p̄uatiue opposita habēt fie-  
ri circa idē subiectū. Nā dīctoria incōplexa habēt fieri cir-  
ca ens trāscendēs vt hō vel nō homo. Contraria autē imedia-  
ta habēt fieri circa idē subiectū speciale. vt sanū & egrū circa  
āsal. eo q̄ omne āsal est sanū vel egrū. Et notanter dico dīa  
īmediata q̄ mediata nō hnt subiectū adequatū vt albū & ni-  
grū dulce & amarū. Etīa p̄uatiue opposita hnt idē subiectū vt  
vīsus & cecitas oculū. ¶ Mis notatis ar. sic. dīctoria incōple-  
xa dīsiunctis sūpta necessario dicunt de subiecto suo q̄ necio  
de ens est hō vel nō hō. igit̄ p̄forzmiter opposita dīa & p̄uati-  
ue necessario dicunt de subiectis suis. s̄z aliq̄ est passio data  
p̄opposita dīe vt rectū vel curuū. & aliq̄ p̄ opposita p̄uatiue  
vt par vel ipar. igit̄ h̄s passiones necessario īsunt subiectis su-  
is q̄s erat p̄bādū. ¶ Cōtra p̄dicta ar. & p̄mo q̄ ista p̄p̄. iter-  
fectus iteryt. nō sit in q̄rto mō eēntialr̄ & p̄ se. q̄ talis modus  
exp̄mit nō solū cāz effectiua sed etiā finalē. hec autē p̄p̄o non  
exp̄mit cāz finalē eo q̄ iteritus siue mors nō est finis alicui.  
vt testat̄ p̄hus sc̄do p̄hisi. di. q̄ finis & optimū sunt idem. & ex  
hoc deridebat poeta dicentē q̄ mors est hoīs finis. ¶ Sc̄do  
ar. q̄ ista luna eclipsat̄ nō sit in q̄rto mō sed in sc̄do mō. q̄ p̄-  
dicatū est accēs subiecti ponibilis in dīffinitōe eius. Sic. n.  
dīffinit̄ eclipsis a p̄ho sc̄do hui. eclipsis est defectus luminis  
ī luna obiectu terre. ¶ Tertio ar. q̄ ista. statūifica facit sta-  
tū. aut ista edificator edificat nō est demōstrabilis q̄ qlibet  
eaz est p̄tingēs. dem̄ratio. n. d̄z esse ex necessarijs. imo posset  
sic arg. q̄ redovt̄ subiectū & p̄dicatū illius statūifica facit sta-  
tū. supponat p̄ aliquo cōi aut p̄ aliquo particulari. si p̄ ali-  
quo cōi illa p̄p̄o est ip̄olis. q̄ actiones sunt suppositoꝝ & non  
vniuersaliū aut saltē erit per accēs. q̄ tales actiones nō p̄pe-  
tūt v̄libus nisi p̄ accēs iuxta doctrinā Aristō. di. in p̄hemio  
metha. q̄ actus & generationes sunt singulariū & q̄ hō nō cur-  
rat vel sanat nisi p̄ accēs. callias autē vel policretus sanat p̄ se.  
Si autē p̄ aliquo singulari supponūt illa extrema itez illa p̄-  
positio nō est sc̄bilis neq̄ demōstrabilis q̄ singulariū nō est  
sc̄ia nec demōstratio s̄m p̄h̄z in hoc p̄mo. ¶ Quarto arguit̄.  
illas passiones. s̄ par vel ipar. rectū vel curuū nō duertit cum  
illis subiectis linea & numerus. q̄ superficies est recta vel cur-  
ua q̄ nō est linea. & numer⁹ īfinitus est numerus qui tamē  
hō est par vel ipar cū nō sit diuisibilis in partes eq̄les nec in  
partes īequales. ¶ Ad p̄mū dicit̄ q̄ ista iterēptus iteryt ex-  
p̄mit causam finalē. & sequēter c̄cedo q̄ iteritus seu mors  
est finis illius iterēptionis & strāgulationis. Et ad p̄m̄ respō  
dēt q̄ duplex est finis s̄m q̄ ipse dīstīquit ibidē. s̄. operatiōis  
& operati. finis operatiōis pōt esse idifferēter bonū & malū.  
q̄ si operatio est ad esse finis est bonū si ad nō eē finis est ma-  
lū. Rei autē operate finis nō potest esse nisi qd bonū & opti-  
mū aut simplr̄ aut ī genere. Ideo deridēdus fuit poeta q̄ di-  
xit mortē esse finē hominis cuius felicitas & speculatio sit finis  
hoīs & nō mors. ¶ Et si querit̄ de modo demōstrādī illā in-  
terfectus iteryt. dicat̄ q̄ demōstratione vniuersali sic potest  
argui. vt colligit̄ a p̄ho. omne illud in quo fuit iterēptio inte-  
ryt. sed omne iterfectū fuit aliqd̄ in quo fuit iterēptio. igitur  
omne iterfectū iteryt. Demōstratione autē particulari sic de-  
bet argui. vt colligit̄ a p̄m̄. omne strāgulatū iteryt. aliquod  
iterfectū est strāgulatū igit̄ aliqd̄ iterfectū iteryt. ¶ Ad se-  
cundū dicit̄ q̄ duplex est accidēs. s̄. dicēs actū & aptitudinē.  
si dicit̄ actū facit quartū modū cum subiecto suo. si autē dicit̄  
aptitudinē facit secūdū modū. ideo ista. luna est eclipsabilis  
est in sc̄do mō. hec autē. luna eclipsat̄ est in quarto mō. & cum  
dicit̄ sit supra illā. p̄positionē esse secūdū modi cuius p̄dicatū  
est accidēs subiecti ponibilis in dīffinitione eius itelligebat̄  
de accidēte dicēte aptitudinē & non actū. ¶ Ad tertū dicit̄  
q̄ qlibet illaz est demōstrabilis nō obstāte q̄ sint absolute  
p̄tingētes. q̄ qd̄ huc qlibet illaz est necessaria ex suppositio-  
ne. hec enim luna eclipsat̄ est absolute falsavel p̄tingēs. tamē  
est demōstrabilis p̄pter necessitatē quā habet ex suppositio-

ne sc̄licet si terra iterponit̄ iter solē & lunā. ita hec est necessa-  
ria ex suppositione edificator edificat. aut illa statūifica facit  
statū videlicet si ponatur ars edificādī aut statūificandī ad  
actū. ¶ Et ad argumentū cum q̄rit̄ pro quo supponat̄ extre-  
ma illius statūifica facit statūaz. dico q̄ pro aliquo singulari  
tantū. nec est iconueniēs q̄ de singularibus sit sc̄iētia dūmo  
do illa singularia cognoscant̄ in vniuersali. in demōstratiōe  
igit̄ v̄l nō demōstrat̄ passio de aliquo singulari sed solū de  
subiecto v̄l supponēte tamē p̄ aliquo singulari. quādo ergo  
dicit̄ q̄ de singularibus nō est sc̄iētia nec demōstratio. v̄z  
est in singulari sed in v̄l necesse est de illis esse sc̄iētia per de-  
mōstrationē. vt colligit̄ de intēriōne Aristō. in hoc p̄mo & se-  
cundo p̄ioꝝ. ¶ Ad quartū dicit̄ q̄ linea duertit̄ cū illo dī-  
iuncto in p̄dicatione causali vel idētica. vnde oīs linea est  
recta vel curua. & oē rectū v̄l curuū ē linea vel ex lineis. recti-  
tudo enī & curuitas attribuit̄ p̄mo lineę alyz aut̄ rōe illi. De  
nūero autē īfinito d̄r q̄ nō ē p̄p̄ie nūerus cū nō sit nūerat⁹  
nec nūerabilis. ¶ S̄z dubitat̄ cū a sub̄o simplici n̄ stuat̄ nisi  
passiōes simplices vt q̄ nulla illaz passiōū p̄plexaz possint  
demōstrari de linea vel de nūero. ¶ Respōdet̄ negādo con-  
sequētiā q̄ p̄ talia cōplexa intelligimus passiōē incōplexaz  
quā sc̄imus cōuertibiliter ipoz tari p̄ tale cōplexū. vnde nul-  
la est lineę passio cōplexa dīsiuncti fluēs. s̄z quelibet ē incōple-  
xa potēs t̄n cōuerti cū aliquo cōplexo. verbi gr̄a. p̄ma passio  
lineę ē lōgitudo que duertit̄ cū hac passiōe cōplexa. rectitu-  
do vel curuitas. & illa ē q̄ a p̄te rei demōstrat̄ de linea. s̄z i vo-  
ce vel in scripto demōstrat̄ tale dīsiunctū. etiā paritas vel ipa-  
ritas h̄z v̄nā passiōē simpliciē duertibile cūz nūero. s̄z sit no-  
bis ignota sicut nobis ignota est prima passio p̄positionis  
conuertibilis cum isto dīsiuncto verum vel falsum &c.

¶ Vniuersale autē dico q̄d cū de omni sit & p̄ se est  
sc̄bz q̄ ip̄z est. Abanifestū igit̄ est q̄cūq̄ sunt v̄lia  
ex necessitate īsunt reb⁹. Per se autē & sc̄bz q̄ ip̄z  
est. idē est vt p̄ se lineę iest p̄ictum & rectitudo. &  
nāq̄ sc̄bz q̄ linea est. & triāgulo sc̄dm q̄ triāgu-  
lus duo recti. etenim p̄ se triāgulus duob⁹ rectis  
equalis est. Vniuersale autē est t̄nc cum in quoli-  
bet & primo demōstrat̄. vt duos rectos habere  
neq̄ figure cuiuslibet inest v̄l & t̄n est demōstrare  
de figura q̄ duos habeat.


¶ Ista est q̄rta pars hui⁹ caplū in q̄ Arist. postq̄ manifestauit  
oēs dem̄rationē eē ex necessarijs & ex p̄p̄onib⁹ de oi ac ex p̄-  
missis p̄ se. n̄r declarat̄ hāc q̄rtā r̄clonē. oīs dem̄ratio est ex  
p̄missis s̄m q̄ ip̄z. Quā ipse p̄bat sic. cuiuslibet dem̄rationis  
dem̄ratū est v̄l. q̄ qlibet dem̄ratio est ex p̄missis s̄m q̄ ip̄m.  
p̄z n̄a q̄ v̄l est de oi per se & s̄z q̄ ip̄m. Qu sit de omni p̄z q̄  
de necitate cōpetit suo sub̄o. & q̄ sit p̄ se manifestū est. nā p̄ se  
est idē qd̄ s̄m q̄ ip̄m. & v̄l est idē qd̄ s̄m q̄ ip̄m. q̄ v̄l est p̄ se.  
maior p̄z q̄ oē cōpetēs alicui s̄m q̄ ip̄z cōpetit sibi p̄ se. vt p̄z  
īductiue. p̄ict⁹. n. ac rectitudo cōpetit lineę s̄z ip̄z & cōpetit ei  
p̄ se. minor v̄o declarat̄. nā v̄l ē illud qd̄ p̄ dem̄rat̄ de aliquo  
sub̄o. igit̄ v̄l iest illi sub̄o s̄m q̄ ip̄z. p̄z n̄a q̄ h̄re tres angu-  
los eq̄les duob⁹ rectis sicut p̄ dem̄rat̄ de triāgulo. ita cōpetit  
triāgulo s̄m q̄ h̄s. ¶ Notādū p̄ q̄ duplex est v̄l. s̄. s̄z formā  
& s̄m mās. Vniuersale s̄z formā est superi⁹ respectu sui īferio-  
ris. vt gen⁹ resp̄cū sp̄ci. & sp̄s resp̄cū īdiuidui. & d̄r v̄l s̄m for-  
mā q̄ qlibet supi⁹ est forma sui īferioris. vt testat̄ Aristō. &  
p̄bi. ita q̄ aial est forma hoīs & q̄ntitas numeri & numer⁹ bina-  
ry. V̄e autē s̄z mās ē passio resp̄cū sub̄i duertibilis cū eoyt dī-  
sc̄plinabile vel risibile resp̄cū hoīs. & d̄r vel ipar resp̄cū nu-  
meri. aut rectū vel curuū resp̄cū lineę. & d̄r v̄l s̄m mās q̄ in  
suo subiecto māl̄ & ībeline recipit̄ tanq̄ posteri⁹ in suo p̄oz.  
& hoc est illud v̄l de quo loq̄tur p̄hus hic dicens. v̄l autem  
dico quod est de omni per se & s̄m q̄ ip̄s. sic q̄ quelibet pas-

# Posteriorum

fio uertibilis cū subiecto aliquo dī vlt: qz nō vfat nisi circa  
 vni. s. circa subiectū suū rōne uertibilitatis radequatiōis.  
**C**Secdo notādū iuxta doctrinā Egi. qz duplex est necētas. s.  
 specifica r idiuidualis. Necētas specifica est illa qua passio  
 est in subiecto ex pncipys spēi: r talis necētas facit ppōnē  
 de omni r p se. vt hō est risibilis. Necētas indiuidualis est  
 illa qua aliq passio iest subiecto ex pncipys idiuidui. r talis  
 necētas licet ppōnē faciat de omni: nō tñ p se. vt coruus ē  
 niger. Ex qb<sup>o</sup> ifert oīaz iter ppiū r accēs. vt distigul<sup>o</sup> tra  
 ppiū di. qz accēs respicit pncipia idiuidui ppiū vero alicui  
 pia spēi: vt videt velle pbs s<sup>o</sup> topi. passio ergo cōpetēs alicui  
 subiecto ex pncipys spēi sicut est illi subiecto ppria ita iest ei  
 p se. qz iest ei p formā r nām suā. passio aut cōpetēs alicui ex  
 pncipys idiuidui iest ei p accēs qz iest ei rōne materie. s. rōe  
 indiuiduatiōis q accidit spēi tāq supadditū nature specificē.  
**C**Ista snā est mihi dubia. primo qz nō qdlibz ppiū fluit a  
 pncipys spēi. Cōstat enī eē medicū nō fluere a pncipys spēi  
 nec esse bipedē nec canescere. r tñ qdlibz istoz ē ppiū hoi.  
 vt testat<sup>o</sup> popphy. in suis vlib<sup>o</sup>. **C**Secdo qz aliq passio fluit a  
 subo suo tātū ex pncipys idiuidui r nō facit cū subo illo pro  
 positionē de omni sed p se vt simitas r crispitudo. iste enī sūt  
 p se nasus est simus. caput est crispū. ex quo pdicariū est accēs  
 subiecti ponibilis in diffōne ei<sup>o</sup>. r tñ nō sunt de omni. qz neqz  
 ois nasus est simus neqz oē caput est crispū. **C**Tertio qz ali  
 qua passio cōpetit alicui tñ rōne materie. r tñ cōpetit ei p se.  
 vt corrupibilitas q nulli iest nisi rōne materie fm p hūm pmi  
 mo celi. r tñ ista est p se. oē cōpositū ex mā r forma ē corrupti  
 bile ex quo demāat vt habet ibidē. Etia hcc passio. s. hē tres  
 angulos eqles duob<sup>o</sup> rectis p se cōpetit figure ex quo demā  
 tur de figura p Aristo. in lra. r tñ cōpetit sibi tñ rōne materie  
 s. rōne triāguli q dī mā figure p qto est pars subiectiua ei<sup>o</sup>.  
**C**Quarto qz aliq passio cōpetēs alicui rōne materie cōpetit  
 sibi p nāz suā cū nō solū forma sit nā sed etiā mā. vt determi  
 nat a pbo r<sup>o</sup> pbi. licet enim mā sit aliqd supadditū forme nō  
 tñ est aliqd supadditū cōposito cum sit pars eēntialis ei<sup>o</sup> fm  
 cōmē. p pbi. p pte rea est cōcedū corruptionē iesse hoi p nāz  
 suā. nō qdē p nāz q est forma: sed p nām q est mā. Ideo est dī  
 cedūz q ista qtuor: necessariū: de omni: p se: r fm qz ipm: hnt  
 ordinē iter se: nō qdē ordinē eēntialis pdicationis qz nō oē p  
 se est de omni nec e contra. cū hcc sit p se aial est hō aut nasus  
 est simus. r tñ nō est de omni. qz non omne aial est hō nec ois  
 nasus est simus. aliq est etiā de omni q non est p se: vt aial est  
 coloratū. sed hnt ordinē cōitatis. qz cōius est p se qz fm qz ipm  
 r cōius est de omni qz p se. r cōius est necessariū qz de omni.  
 p pte rea Aristo. pcedēs a cōiorib<sup>o</sup> ad min<sup>o</sup> cōia. prius deter  
 minauit de necessario r nō de omni r p se r fm qz ipz: tanqz  
 de passionib<sup>o</sup> demāationis. **C**Tertio notādum fm p hūm<sup>o</sup>  
 ethi. q totū magis est idē parti q ecōtra. qz qcqd est partis ē  
 totius r non e contra. r pars diffinitur per suum totum r non  
 e contra. ita q totum est de ratione partis. r pars non est de  
 rōe totū. qd pōt oīdi tā in pre itegrali qz in parte subiectiua.  
 Semicirculus. n. est pars itegralis circuli. r diffinit p circuli  
 isto mō. semicirculus est medietas circuli. nō tñ circulus dif  
 finit p semicirculū. sicut homo diffinit p aial r non ecōtra. dī  
 enim q hō est aial rōale. r q aial est subā aiata sensitua. vlt  
 igit qdlibet superius dicit totū r suū iferius partē. sed p se est  
 superius ad fm qz ipz p se est totū ad fm qz ipm. Ex quo seg  
 tur q maiorē identitatē hz p se ad fm qz ipz qz ecōtra. r hoc  
 notat p hūm in lra cū dicit p se idē est qz fm ipz. Intelligendū  
 q cū dī partē diffiniri p suū totū illud veritatem hz de parte  
 itegrali r subiectiua nō aut de alyz partib<sup>o</sup>. qz mā r forma q  
 sunt partes cōpositū nālis nō diffiniūtur p cōpositū nāle sed  
 ecōtra. dicēdo cōpositū nāle est illud qd cōstituit ex mā r for  
 ma. **C**Quarto notādū fm Egidii q sicut ens r vniū uertit  
 tur differūt tñ rōne. qz rō ens est positua r rō vniū est ne  
 gatiua cū vniū supra ens dicat idinisiōne a se r diuisionem a  
 quolibet alio. ita uertit pmo r fm qz ipz. sic qz ois passio cō  
 petēs alicui subiecto pmo cōpetit ei fm qz ipz r ecōtra. differ

runt tamen ratione qz fm qz ipsum habet rationem positua  
 r pmo hz rōne negatiua. vñ hē tres angulos eqles duobus  
 rectis cōpetit triangulo vt triangulus est. r sic cōpetit ei fm qz  
 ipz. in qtu vero cōpetit triāgulo nō per aliud cōpetit sibi pmo.  
 Dec determinatio videt<sup>o</sup> Ariari pbo. qz rectitudo inest linee  
 fm qz ipm vt exēplificat Aristo. in lra: r tñ nō cōpetit sibi p  
 mo. igit pmo r fm qz ipm nō uertunt. minor arguit sic. nūb  
 la passio cōpetit pmo alicui subiecto nisi uertat cū eo. qz al  
 nō esset suū vniuersale. sed rectitudo nō uertit cū linea cui  
 aliqūa linea nō sit recta igit rectitudo non cōpetit linee pmo.  
 Itē ipossibile est aliqz duas passiones fluere ab aliquo subie  
 cto eque pmo. ppter ordinē eēntiale illaz. sed lōgitudo r re  
 ctitudo fluit a lineayt passiones eius. igit nō fluit eque p  
 mo. sed nō potest dici qz rectitudo prius fluat qz lōgitudo. qz  
 ois rectitudo est lōgitudo r nō ecōtra. igit prius fluit lōgitu  
 do qz rectitudo. r p nō rectitudo non iest linee pmo: ex quo  
 nō uertit cū linea neqz cū lōgitudine. Ideo est dicēdū qz  
 cut fm qz ipm eēntialr subordinat p se. ita pmo eēntialr sub  
 ordinat huic qd est fm qz ipm. qz sicut ois passio cōpetens ali  
 cui fm qz ipm cōpetit eidē p se r non ecōtra: sic ois passio cō  
 petēs alicui subiecto pmo cōpetit illi fm qz ipm. r nō ecōtra. re  
 ctitudo. n. cōpetit linee fm qz ipm. qz cōpetit sibi nō per aliud  
 subm ex quo linea est spēs spālissima. non tñ cōpetit sibi pmo  
 cū nō sit pma passio eius: nec uertit cū linea. idē of de simi  
 tate qz cōpetit naso fm qz hū. qz nō p aliud subm. nō tñ cōpetit  
 sibi pmo ex quo nō ois nasus est simus.

Quadrangulus



**C**Sed non cu  
 iuslibet figure ē  
 neqz vti qlibet  
 figura demon  
 strās. Quadrā  
 gulus enī figu  
 ra quidē est. nō

autem habet duobus rectis equalis.  
**C**Ex pdictis pbs ifert qtuor reglas. Quaz pma ē ista. si aliq  
 passio ē min<sup>o</sup> cōis qz subm suū illa nō ē vlt illi<sup>o</sup> subm. p. nā hē  
 tres angulos eqles duob<sup>o</sup> rectis ē passio figure ex quo demāat  
 de figura. nō tñ ē vlt ei<sup>o</sup> qz nō qlibz figura hz tres angulos eq  
 les duob<sup>o</sup> rectis. qdrāgulus. n. ē figura r nō hz tres angulos  
 eqles duob<sup>o</sup> rectis. imo hz qtuor angulos eqles qtuor rectis  
 est. n. qdrāgulus diuisibilis in duos triāgulos. qz si diuidat p  
 dyametrū r ducat dyameter ab angulo ad angulū sicut duo  
 triāguli. sed cuiuslibet triāguli anguli valēt duos rectos. igit  
 cuiuslibet qdrāguli anguli qtuor valēt rectos.  
**C**Sz equitibiaz hz quidē fortasse duobus rectis  
 eqles s3 nō primū. s3 triāgulus prius.  
**C**Secda regula est. si aliq passio est magis cōis qz subm suū: il  
 la nō est vlt illi<sup>o</sup> subm. nā hē tres angulos eqles duob<sup>o</sup> rectis  
 est passio eqtibiaz seu egeruris. i. yfochelis. qz demāat de illo  
 r nō est vlt illius. qz lz ois yfocheles hēat tres angulos eqles  
 duob<sup>o</sup> rectis: nō tñ oē hns tres angulos eqles duob<sup>o</sup> rectis ē  
 yfocheles. yfocheles. n. hz tres angulos nō rōne sui s3 p aliud  
 subm: igit illa passio nō cōpetit ei tanqz vlt eius.  
**C**Qd igit qdlibet primum mōstrat duos rectos  
 hē aut qdctiqz aliud huic primo iest vlt.  
**C**3<sup>o</sup> regla. si aliq passio ē eqlis suo subo ipa ē vlt illi<sup>o</sup> subm. p.  
 nā hē tres āglos eqles duob<sup>o</sup> rectis ē passio triāguli uertibil  
 cū eo nō cōpetēs sibi p aliū subz s3 p p se r fm qz ipz. iō ē suū vlt  
 qz tñ circa illud subz p r p se vfat: etiā lōgitudo ē vlt linee qz  
 cōpetit sibi uertibilr r nō p aliū subz. rectitudo at seu curuitas  
 nō ē vlt linee lz cōpetat sibi nō aliū subz qz nō uertit cū ea.  
**C**Et demonstratio p se huiusmodi vlt est. alioz  
 aut quodāmodo r nō per se neqz nō est vniuersa  
 liter sed frequentius.

Quarta regula est. si aliqua passio est equalis suo subiecto ipsa est demonstrabilis de illo vlt r p se. si aut est inaequalis est demonstrabilis de illo particulariter r fm qd. p3 q2 hre tres angulos eqles duobus rectis est demonstrabile de triangulo vlt r p se. vlt qd q2 ois triangulus hz tres angulos eqles duobus rectis. p se aut q2 opetit illi fm se r no p aliud subm. De ysochele vo aut figura demonstrat particulariter r fm qd. particulariter qd q2 no ois figura hz tres angulos r. neq; oe hns tres angulos eqles duobus rectis est ysocheles. fm qd vo r no p se. q2 nulli istoz opetit illa passio fz qd hz fz p aliud subm. s. p triangulu. Contra pdicta ar. r pmo qd no qlibet demratio est ex pmissis fz qd ipz loquedo de demratioe potissima. q2 ppd qd r modi e potissime dmfabilis: vt p3 de ista. luna eclipsat. r de ista. statuisic facit statuā. fz i tali demratioe pmissis no sut fz qd ipz ex quo nulla passio pdicat de subo suo qn opatio trāsīt i māz exteriorē vt liquet. igit. C 2 ar. qd pūct r rectitudo no iūt linee fz qd ipz. nā pūct iest linee p aliud subm. s. p ee picipiū q̄tatis r̄tinue. stat aut esse picipiū q̄tatis r̄tinue no ee lineā. Itē si rectitudo iest linee fz qd ipz. igit. rectitudo iest linee fm qd lineā. igitur inest linee p rōnem linee. nōs at est falsū q2 rō linee e q̄tatis r̄tinu terminata duobus punctis. p quā rōnez n̄ opetit r̄ctitudo linee s̄ p rōnem mediū no discrepare ab exterminis. C 3 ar. qd lōgitudo n̄ iest linee p q2 nulla passio vltior suo subo iest sibi p. vt h̄ in lra. s̄ lōgitudo e vltior lineā q2 opetit cuius linee. cuius sup̄ficie. r cuius corpi. vt p3 p arif. i pdicamē. ca. de q̄titate. r pfirmat nulla passio opetit eque p duobus subis. vt colligit a p̄ho in lra. s̄ lōgitudo p opetit q̄tati r̄tinue q̄ est gen<sup>o</sup> linee. q̄ no opetit p linee. minor est cuius dens. q2 ois q̄tatis r̄tinua est lōga r oelōgū est q̄tū r̄tinuū. C 4 ar. qd hre tres angulos equales duobus rectis no opetit triangulo p. q2 tūc ista eēt imediata ois triangulus hz tres angulos eqles duobus rectis nōs e falsū q2 ppd imediata est illa q̄ no est altera p̄oz fm p̄h3 in b̄ p. C Ad p̄m d̄r qd sic duplex est nēcitas r̄clonis demfabilis. s. absoluta r r̄ditionata. ita duplex est demfatio potissima. v3. absoluta r r̄ditionata. demfatioe absoluta nūq; demrat nisi passio de subo suo. demfatioe aut r̄ditionata p̄t demfari passio trāsītēs i māz exteriorē loqur q̄ Arist. de potissima demfatioe absolute sup̄ta r non r̄ditionalr vel ex sup̄pōne. C Ad 2 ar. r̄ndet qd si pūct iest linee p hoc qd est picipiū q̄tatis r̄tinue. no tñ iest linee sibi p aliud subm q2 lineā no est subm pūcti thesionis neq; pdica mētatiōis. iest. n. p aliud subm p̄supponit ambo illa ee subiecta. Et ad rōnē de r̄ctitudine dico r̄cedēdo qd r̄ctitudo iest linee fm qd h̄. r cū r̄cludit qd iest linee fz qd lineā. b̄ qd li fz p̄t specificare māz vel formā. si specificat māz r̄cedo qd r̄ctitudo iest linee fm qd lineā. q2 iest linee r no p aliud subm. si aut specificat formā neget. q2 no sibi opetit p rōnē linee r̄cte. vñ sicut aliqd magis eōe cōpetit alicui min<sup>o</sup> cōi fm qd h̄ ita aliqd min<sup>o</sup> cōe p̄t cōpetere alicui magis cōi fz qd h̄. aial n. opetit hōi fm qd h̄. q2 cōpetit ei r non p aliud subm dato qd h̄ r aial sint imediata. cōpetit tñ sibi p aliā cāz. s. p d̄riam eēntialē per quā genus descendit in sp̄z. ita r̄ctitudo r curuitas no obstāte qd sint passiones min<sup>o</sup> cōes lineā adhuc illi cōpetit fm qd ipz semp̄ itelligēdo put ly fm specificat mām r no formā. C Ad 3 ar. nego lōgitudo sit passio vltior lineā. Et cū arguit qd sic q2 cōpetit aly a lineā. r̄ndet qd nulli alteri cōpetit nisi rōnē linee. sicut. n. r̄tinuitas iest tpi rōnē mor r mo cui rōnē magnitudinis fm Arist. q̄rto p̄h. ita lōgitudo iest corpi rōnē sup̄ficie. r sup̄ficie rōnē linee. C Et ad r̄firmationē d̄r qd sicut r̄ctitudo no cōpetit linee p̄mo no obstāte qd cōpetat sibi fm qd ipz. ita lōgitudo no cōpetit q̄tati r̄tinue p̄mo licet cōpetat ei r̄uertibilr. Duo enim regrunt ad hoc qd aliq̄ passio cōpetat alicui subiecto p̄mo. s. r̄uertibilitas r non iesse p aliud subiectū. stat aut lōgitudinē inesse q̄tati r̄tinue rōnē linee. Sed forte ar. sic q̄cūq; r̄uertunt cū vno teritio r̄uertunt iter se. sed lineā r q̄tatis r̄tinua r̄uertunt cum vno teritio. q2 cū lōgitudine. ergo cōuertuntur iter se. qd no vi det. v3 q2 nulla sp̄s cōuertit cū suo genere. Dicēdū r̄cedē

do consequentiam r consequēs. vnde numerus est gentis binary r tñ r̄uertunt no qd de se iuce vlt pdicent. s̄ q2 vlt ab vno ad reliquū tenet argumētū formalr cū vbo de scdo adia cēte. nā si binari<sup>o</sup> est numer<sup>o</sup> est. r ecōtra. isto mō cōuertuntur lineā r q̄tatis cōtinua. no qd ois q̄tatis r̄tinua sit lineā. s̄ q2 lineā est si q̄tatis r̄tinua est. r ecōverso. C Ad q̄rtū d̄r qd illa ppd ois triangulus hz tres angulos eqles duobus rectis e imediata imediatioe subiecti r no imediatioe cause. iō vt demfabilis. qn aut Arist. dixit ppōnē imediata eē qua no est altera p̄oz: loq̄bat qd passionē iesse alicui subiecto p̄ r̄tingit q̄druplr. s. p̄mitate cause. p̄mitate subiecti. p̄mitate passionis. r p̄mitate adeq̄tionis. ista passio opetit alicui subiecto p̄mo p̄mitate cause q̄ cōpetit illi subiecto no p aliā cāz. r sic vnitas p̄mo cōpetit centri. illa vero passio opetit p̄mo alicui subiecto p̄mitate subiecti q̄ sibi cōpetit no p aliud subm. r sic no solū lōgitudo iest p̄mo linee sed etiā r̄ctitudo r curuitas. s̄ illa passio iest alicui subo p̄mo p̄mitate passionis q̄ sibi iest no p aliā passio nē r sic disciplinabile iest p̄mo hōi no aut risibile. illa aut passio iest alicui subo p̄mo p̄mitate adeq̄tiōis q̄ r̄uertit cū illo. r sic no solū disciplinabile vel risibile cōpetit p̄mo hōi. sed etiā lōgitudo q̄tati r̄tinue. Arist. aut sumit ly p̄mo stricte volēs nullā passionē iesse p̄mo alicui subo nisi h̄at vtrāq; p̄mitate. s. subiecti r adeq̄tiōis. Si ḡ est aliq̄ passio q̄ p̄mo iest alicui subo p̄mitate cause ita qd no h̄at aliā cāz p̄ter subm illa ppd est imediata imediatioe demfationis q2 no hz mediū p qd possit demfari vt ens est vnū. si aut iest sibi tñ p̄mitate subiecti aut adeq̄tionis. aut p̄mitate passionis illa ppd est imediata quodā mō r no simplr q2 adhuc p̄t demfari sicut p3 de ista ois hō est disciplinabilis cui<sup>o</sup> pdicatur r̄uertit cū subo cui iest no p aliud subm neq; p aliā passionē s̄ bñ p aliā cāz. s. p diffinitionē subiecti. illa ḡ passio q2 fluit a p̄cipiis sp̄ei iest subo p se. r q2 iest hōi fm qd hō iest ei fz qd ipz. r q2 iest ei adeq̄te sic qd isti no cōpetit p aliud s̄ alteri p hoc iest ei p̄mo. r hoc intēde bat Arist. cū dixit. vlt aut dico qd est de oī p se r fm qd ipm sic qd illa passio est vere vlt alicui<sup>o</sup> subiecti r cōpetit ei primo q̄ illi iest vlt r p se r scdm qd ipsum.



Doctet aut no latere qm multoties r̄tingit peccare r no ee qd demonstrat primū vlt scbz qd videt demonstrari vlt primū. Oberram<sup>o</sup> aut hāc de ceptionē cū aut nihil sit accipere a superiori extra singulare q̄ singularia.

Postq; p̄hs declarauit omnē demstrationē esse ex pmissis fm qd ipsuz. diffiniēs vniuersale per esse de omni p se r fz qd ipm cōsequēter manifestat errores r̄tingentes circa vlt. r p̄mo facit qd dictū est. 2<sup>o</sup> exēplificat ibi. si ergo aliq; 3<sup>o</sup> dat documēta iueniēdi vlt ibi. v3 aut. C Quātū ad p̄mū Arist. tres errores manifestat iuxta numez triū partiū positaz in diffinitione vniuersalis. Quoz prim<sup>o</sup> est quādo aliqua passio habet duo subiecta. s. speciē r vnū idiuidū. aut genus habēs multa singularia sed vnica speciē: r p̄pter cōuertibilitatem istoz. aut mutuā de se predicationē vniuersalē credit istam passionē vniuersale esse idifferēter cuiuslibet illoz. verbi gratia. eē maxime luminosuz est passio solis r isti<sup>o</sup> solis. no tñ est vniuersale primū istius solis no obstāte qd sol. r iste sol r̄uertant. q2 no cōpetit isti soli sub rōnē qua iste sol sed sub rōe solis. Itē dato qd nullū esset animal p̄ter hominē. q2 tunc ois homo esset animal. r ecōtra credere forte risibile eē vniuersale aialis sicut hominis qd non est v3. q2 cōpetit aiali rōnē hominis. Error iste p̄cedit cōtra illaz particulā fm qd ipsum q2 creditur talem passionē inesse generi vel idiuiduo fm qd buius. r no est v3 quia illi non cōpetit nisi rōnē sp̄ei. C No tandū primo qd species sunt in q̄druplici differētia. nā quedā est species que habet plura idiuidua tam simul q̄ successiue. tam per tēpus q̄ per instās vt homo. quedam est que habet

## Posteriorum

plura indiuidua non simul sed successiue per tempus et per in-  
stans fenix. qdā autē hz plura indiuidua nō sūt s; successiue. nō  
p tps sed p istans tñ. vt mutatu eē in motu. qdā autē e q nūq;  
hz nisi vnū indiuiduū. et illud hz tā p tps q; p istans. ac p coeter-  
nū sibi vt sol. et de isto loquitur. p. di. cū nihil sit accipere a supe-  
riori pter singulare. **C** Secūdo notādū q; licet spēs possit sal-  
uari in vnico indiuiduo nō tñ gen<sup>o</sup> in vnica specie. q; sicut ens  
descēdit imēdiate in. io. p̄dicamēta absq; aliq; d̄tia diuisiua.  
ita spēs in sua indiuidua. alr pcederet in s̄finitū. q; semp d̄tia  
eēntialis p̄stituit spēs. iō sic trāscēdēs q̄tū est ex se pōt fua-  
ri in solo p̄dicamēto sube. ita spēs in vnico indiuiduo. gen<sup>o</sup> autē  
nō pōt fuaari in vnica specie. q; de rōne generis est q; sit diui-  
sibile differētys oppositis. s; q̄libet d̄tia p̄stituit spēm igit de  
rōne generis est h̄re p̄les spēs. et h̄ est qd dicit poz. potestate ge-  
nus cōtinet p̄les spēs. Et licet de rōne generis sit h̄re plures  
spēs nō tñ de rōne ei<sup>o</sup> est h̄re p̄les spēs in actu. q; dato q; non  
eēt aliqs flos: nō min<sup>o</sup> flos eēt gen<sup>o</sup> ad rosā et liliū: dūmō rosa  
et liliū h̄rent eē in suis causis. et si gen<sup>o</sup> nullā h̄ret spēs in actu  
pter vnā h̄ntem plura supposita forte crederet passionē spēs  
iēsse generi s̄m q; ipz et eēt deceptio. et hoc est qd dicit p̄hs in  
lra. cum nihil sit accipere a superioribus videlicet generibus  
preter singularia. supple vnus speciei in actu.

**C** Aut si est quidem sed innominatum sit indiffe-  
rentibus specie rebus.

**C** Scdō error est vñ passio hz subm̄ p̄mū inoiatū sub quo sūt  
p̄les spēs noiatae qb<sup>o</sup> credit illā passionē iēsse sūt vel diuisim  
tanq; v̄le p̄mū ex quo subm̄ adeq̄tum nō reperit. vbi grā. vñ  
sibile est passio vni<sup>o</sup> subiecti inoiati sumēdo colorē stricte vt  
est extremitas p̄spiciū in corpore terminato sub quo sunt iste  
spēs noiatae. s. color et lux. Lōstat autē q; deciperet credēs visi-  
bilitatē sūt inesse illis vel diuisim tanq; v̄le p̄mū. q; illis non  
iēst sub p̄pria rōne s; sub rōne inoiati. S̄i r̄tagibile iēst qua-  
tuor q̄litatib<sup>o</sup> p̄mis rōne inoiati cui<sup>o</sup> est passio adeq̄-  
ta et v̄le p̄mū. ideo ppter defectū nois illi<sup>o</sup> generis deciperet  
credēs r̄tagibile iēsse q̄litatib<sup>o</sup> p̄mis vt v̄le p̄mū. **C** Notādū  
s̄m Egi. q; iste error peccat p̄tra illā particulā seu additiōem  
v̄lis q; est eē p se. v̄puta si nō eēnt nisi tria corpora in mundo  
s. ferz lapis lignū cū nihil sit visibile nisi corp<sup>o</sup>. eē visibile nō  
cōpetere t nisi ferro lapidi et ligno. Si igit esse coloratū i quo  
p̄ueniūt illa corpora s̄m q; sūt visibilia nō eēt notab<sup>o</sup> noiātū  
p̄barem<sup>o</sup> eē visibile de oib<sup>o</sup> illis. s. ferro lapide et ligno vel de  
aliquo illoz. et crederem<sup>o</sup> accipe v̄le p̄mū p̄petēs illis p se cū  
tñ cōpetat illis p accūs. accidit. n. sube q; sit visibilis multis.  
exēplū hoc videt discōueniēs itentiōi Arist. q; sicut. p. in ma-  
nifestādo p̄mū errore p̄parauit spēs ad indiuidua et ad s̄m ge-  
nus. ita in manifestādo hūc scdō errore p̄parat gen<sup>o</sup> inoiatūz  
ad suas spēs vel saltē ad spēs eiusdem p̄dicamēti. Lōstat autē  
ferz lignū et lapidē nō eē spēs colorati cū ista sint i p̄dicamē-  
to sube. et coloratū i p̄dicamēto q̄litas. Vñ diuerfoz genez  
et nō subalternati positoz diuerse sūt spēs et d̄tia ingt Arist. in  
p̄dicamētis. **C** Dicēdū igit. aliq; passionē iēsse alicui subō p  
se itelligit duplt. Vno mō q; cōpetit sibi ab intr̄seco. et sic q̄li-  
bet passio generis iēst spēs p se. nā qe qd p se p̄petit supiori cō-  
petit p se cuius s̄no inferiori cū oē supi<sup>o</sup> sit forma intr̄seca sui i-  
ferioris. Alio mō q; p̄petit sibi ex p̄cipys spēs. et sic nulla pas-  
sio gn̄is p̄petit spēs. iō passio gn̄is inoiati p̄petit suis spēs nō  
p se ad hūc modū itelligēdi. ideo talis passio nō est v̄le taliū  
spēs ex quo sibi deficit secūda particulā diffōnis v̄lis.

**C** Aut r̄tagit eē sicut in parte totū in quo mōstra-  
tur. Eis enim q; sunt in parte iēst quidē demōstra-  
tio et de omni erit sed tamē nō erit huiusmodi p̄-  
mi v̄l demōstratio. Dico autē huiusmodi p̄mi  
scdō q; est demōstratio cū sit p̄mi vniuersalis.

**C** Tertius error est qñ passio hz duo subiecta ineq̄l̄r cōia sed  
ita p̄p̄qua q; apparent p̄uerti et eē synonyma. et ex hoc credit  
passionē inexistentē p̄uertib̄l̄ter inferiori iēsse etiā superiori

vt suum vniuersale primum. verbi gratia. angulus rectus et

Angulus rectus

Angulus obtusus

Angul<sup>o</sup> acut<sup>o</sup>

angulus rectus et  
neus p̄ma facie  
vident p̄uerti et  
esse eque cōia. iō  
si aliqs crederet  
eq̄litatez anguli  
imēdiate ortho-  
gonalis esse v̄le  
anguli rectilinei  
sicut āguli recti:  
deciperet q; nō  
p̄uertunt angu-  
lus rect<sup>o</sup> et angu-  
lus rectilineus.  
nā tam angulus  
acut<sup>o</sup> q; obtusus

est rectilineus et nō rectus. **C** Notādū q; iste error est p̄tra  
p̄mā particulā diffinitionis v̄lis q; est de omni. talis. n. passio  
q̄tūcūq; eēt p̄ma generi superiori nō p̄uertet cū illo ne-  
q; diceret v̄l de illo. et hoc ipedit ne sit v̄le p̄mū illius. Tria  
igit regrunt ad hoc q; aliq; passio sit v̄le p̄mū alicui<sup>o</sup> subiecti  
s. de omni p se et s̄m q; ipz. sic q; vbi deficit aliq; istaz triū cō-  
ditionū nō erit illa passio v̄le illius.

**C** Si igit aliquis demōstrabit q; recte quidē nō i-  
tercedā videbit vtiq; huiusmodi eē demōstratio  
pp̄t id q; iēst rectis. nō autē ē nisi quidē qm̄ sic eq̄-  
les sint fiat hoc mō. s; aut i quolibet cōles.

**C** Postis erroribus p̄tingētibus circa v̄le Arist. p̄nter exē-  
plificat de his oib<sup>o</sup>. et p̄mo de tertio errore di. q; lineae recte  
et lineae eque distātes p̄ma facie vidētur p̄uerti. et ex hoc cre-  
ditur forte nunq; p̄currere qd est passio lineaz eque distātiū  
esse vniuersale lineaz rectarū. quod est falsum. q; lineae cau-  
santes angulū acutū vel obtusum sunt lineae recte et nō eque  
distātes imō cōcurrunt. **C** Notādū q; ex p̄cipys geome-  
trie facilliter ostēditur lineas eque distātes non p̄currere q;  
sit linea interfecans paralellas a. b. et punctus p̄uersus c. tunc  
ex a. b. c. fit triāgulus. et quoniā a. b. faciūt angulos rectos se-  
quitur aliq̄ue triāgulū habere duos angulos rectos et con-  
sequenter aliq̄ue triāgulum habere tres angulos equales  
angulis maioribus duobus rectis scilicet duob<sup>o</sup> obtusis qd  
est impossibile.

**C** Et si triāgulus nō esset aliud q; ysocheles vide-  
bitur vtiq; h<sup>o</sup> esse demōstratio.

**C** Secūdo exēplificat philosophus de primo errore di. si nō  
esset aliquis triāgulus in mundo nisi ysocheles deciperetur  
quis in credēdo habere tres angulos equales duobus rectis  
esse vniuersale ysocheles. q; sibi non cōpetit s̄m q; ipsum sed  
ratione triāguli cū non demōstretur vniuersaliter de yso-  
chele sed tantum de triāgulo.

**C** Et p̄portioale qd et cōmutabilr est scd̄m q; nu-  
meri sūt et scd̄z q; lineae et scd̄m q; firma et scd̄z q;  
tpa sūt quēadmodū et demōstratū est aliq̄n seoz-  
sum p̄tingēs eē de oib<sup>o</sup> vna demōstratiōe mōstra-  
ri. S; pp̄t id q; nō est denoiatū aliq̄d scd̄z q; oia  
hec vñ sunt numeri lōgitudines tpa firma et spēs  
d̄tia seozsum adiūicē accepta sunt. nō autē v̄le mō-  
strat. nō enim scd̄z q; lineae sunt. nec enim scd̄z q;  
tēpora sunt aut scd̄z q; numeri ierat. sed scd̄m q;  
hoc est qd v̄le ponit esse.

**C** Tertio exēplificat p̄hs de scdō errore di. q; cōmutabilr p̄-  
portioari seu p̄mutata p̄portio ē passio alic<sup>o</sup> sub i inoiati sub  
quo sūt spēs noiatae. s. linea corpus numerus et tps q̄bus inest  
ista passio tam p̄iunctim q; diuisim. modo si aliquis crederet

# Primus

commutatā proportionem esse vniuersale alicuius istoz seu  
 oīz si deciperet qz non uest alicui istoz sub ppria rōne sed  
 rōne illi inoiati. r. di. phi. q. de istis considerat diuerse scie non  
 faciēdo demōstrationē vnā. imo arithme. pbāt hāc passiōe so  
 lū de numeris. geome. de linea. r. sic de alyis. ita q. seorsū i di  
 uersis sciētys fuit diuerse demōstratōes de hac passiōe. posset  
 tñ fieri vna demōstratio de oīb' illis qb' hec passio cōpetit. sed  
 qz illud est inoiatū ideo hec passio nō demōstratur de illo s. de  
 alyis seorsū. ¶ Notādū pmo q. pportio est habitudo duoz  
 r. pportionalitas est similitudo pportionū. s. cōmutata ppor  
 tio est pportio natoz illatū. ita q. pportio nō exigit nisi du  
 os terminos. pportionalitas tres r. cōmutata pportio qtuor  
 or. sic q. arguat a pmo ad tertiū i ferēdo sedz r. qrtū. vbi gra.  
 qlis est pportio. iz. ad octo. talis est pportio sex ad quatuor.  
 igit qlis est pportio. iz. ad sex. talis est pportio octo ad qtuor.  
 Itē qlis est pportio. iz. ad nouē. talis ē pportio qtuor ad  
 tria. igit qlis est pportio. iz. ad qtuor. talis est pportio nouē  
 ad tria. r. sicut in numeris ita r. in alyis cōmutata pportio oī  
 di pōt. ¶ Secōdo notādū q. cōmutata pportio nō uest oīb' qz  
 titatib' vt qz titates sunt qz i qz titatib' nō cōmēsurabilib' nō  
 iuenit cōmutata pportio. r. ita dī de linea corpe r. tpe. de sup  
 ficie aut nō fit mētio qz reducit ad lineā r. corp'. cū i linea fit  
 lōgītudo r. in corpore latitudo. Not' vō reducit ad tps cuz  
 fit imediātū subm' ei'. r. de illis fit spāl' mētio cū de illis  
 dēret qtuor scie vt ētes cōmutata pportione. nā linea ptnet  
 ad geo. r. numer' ad arith. tps vero ad astro. r. corp' ad nālez  
 phi. ¶ Dubitat. nā vt apparet phi. ddi. s. bypsi. di. n. i. pzi  
 pio q. cōmutata pportio est i numeris fm q. numeri sūt. r. i  
 lineis fm q. linee sūt. r. sic de alyis. i fine aut dicit q. talis pas  
 sio nō est i lineis fm q. linee sunt. nec numeris fm q. numeri  
 sunt. s. illi inoiati i quo ueniūt spēs noiāte. ¶ R. nō dē q. ta  
 lis passio i sua maxima cōitate sūptanō ppetit alteri ab illo  
 inoiato fm q. hō. dēta tñ p diueras r. sideratiōes uest spēs  
 noiatis fm q. hō. vbi gra. disciplinabile in sua maxima cōita  
 te sūptū est passio alicui inoiati vno simplici noiāte. noiāte tñ p  
 circulo cōtione vt aīal hīs auditū pfectū. dēta tñ ad discursū  
 rōnālē est ppria passio hoīs cōpetēs illi fm q. hō. rōnālē etiā  
 etiā sūptū i sua maxima cōitate nō hz aliqd' noiātū cui p' ist  
 s. q. hō. dēta tñ ad genus aīalis vt est dīa diuisiua r. sūptū  
 tūa cōpetit hoīs s. q. hō. ita dī an pposito q. cōmutata ppor  
 tio cōfīme. sūptū nulli uest fm q. hō. nisi illi subō inoiato.  
 dēta aut p diueras r. sideratiōes diuerfaz sciaz. s. phi. geo  
 metrie. arithmetice. r. astrologie. potest uest fm q. hō. lineis.  
 numeris. corpozib' r. tpi b'. r. sic non est contradictio.

¶ Prop' hoc neqz si aliquis mōstraret vnūquē  
 qz triāguli demōstratione aut vna: aut altera. qd  
 duos rectos hz vnūquēqz yfochele seorsū r. sca  
 lenō id est gradatū nōdū cognouit triāgulum: qz  
 duos hz rectos: nisi sōphistco mō. neqz vle triā  
 guli neqz si nullus est preter hoc triāgulus alter.  
 neqz. n. scdm quod triāgulus est cognouit neqz  
 oēs triāguli sed aut secūdū numerz: secūdū spēs  
 autem nō omnem: r. si nullus est quē non nouit.  
 Qñ igit nō nouit vlr' r. qñ nouit simplr manife  
 stum quod si idē ibereat triāgulo r. yfocheli: aut  
 vnicuiqz: aut omnib'. si vero non idē semp' alter  
 est aut secūdū quod est triāgulus nō nouit.

¶ Eundē errozē manifestat ad declaratiōē dicti sui de pas  
 sione triāguli q. si foret innoiatus r. oēs sue spēs nominate. s.  
 yfocheles. yfopleuros. r. scalenō. nō ppter hoc hē tres angu  
 los eqles duob' rectis eē vle istoz siue demōstrat' illa passio  
 de oīb' illis triāgulis demōstratiōe vna siue demōstratiōe altera  
 faciēdo diueras demōstratiōes ex diuersis medijs. nō. n. ex  
 hoc cognouisti vle triāguli s. cognoueris oēm triāguli hē  
 tres angulos. qz hoc cognouisti sōphistco mō r. nō pprie seu

fm numerz r. nō fm spēs. vñ cognoscere vle triāguli sōphist  
 co mō est cognoscere illud qd est vle triāguli r. nō cognoscere  
 illud eē vle triāguli. s. r. cognouisse oēs triāgulos s. numerz  
 est cognouisse hūc r. illū triāguli. sed s. formā est cognouisse  
 triāguli sub formali rōe triāguli. vbi aut triāgulus r. yfoche  
 les cēt noīa s. ynonima hūc s. semp' oīa reqsita ad demōstratiō  
 nē hē qd vlr' demōstrat' de vno demōstrat' de alio. si q. nō sit no  
 minatū illud cōe cui cōpetit passio sicut apparet i triāgulo re  
 spectu hē tres angulos siue sit inoiatū vt dcm est de qz titā  
 tib' pportionalib' respectu pportionalib' r. mutari semp  
 ē ibi error si cludat hō passio de inferiorib' r. nō de subiecto  
 cōi. vēz tñ qz magis decipimur fm hūc errozē qñ est cōe ino  
 minatus qz qñ est noiātū. iō potissime cōputat' fuit hic erroz  
 iter deceptiōes circa vle qñ erat inoiatū subm' cōe. ¶ Notā  
 dū pmo q. sicut spēs cōponit' ex genere r. dīa cēntiali ita idi  
 uiduū ex spē r. dīa accītali nō q. ista dīa sit accīis. s. q. acci  
 dit spēi. r. sicut gen' vt est pars spēi dicit māz r. dīa formam  
 ita spēs vt est pa s. idiuidui dicit formā r. idiuiduatio mām.  
 totū aut idiuiduū dicit māz r. formā. vñ Aristō. p. celi. q. dicit  
 celū dicit formā. q. autē dicit hoc celū dicit mām. igit cogno  
 scēs sor. vt sor. est cognoscit eū fm mām. r. cognoscēs eū vt hō  
 est cognoscit eū fm formā. r. sicut cognoscēs yfocheles vt yfo  
 cheles est cognoscit eū s. māz. r. cognoscēs eū vt triāgulus co  
 gnoscit eū fm formā. spēs. n. est forma r. idiuiduū mā. Ex p. di  
 ctis segtur pmo q. cognoscēs yfochele nō vt est triāgulus s.  
 vt est yfocheles cognoscit triāguli mō sōphistco. r. fm qd. p.  
 bat. nā sic arguēdo tu cognoscis hoc r. hoc est hō igit tu cog  
 scis hoiez est falsa accītis. qz hōi accidit q. cognoscat fm q.  
 hō. si hoc cognoscit r. p. idē est falsa accītis dicēdo. tu cogno  
 scis yfochele r. yfocheles est triāgulus. igit cognoscis triāgu  
 lū. r. p. nō sic nō cognoscis triāgulus nisi sōphistco mō dato  
 q. tu nō cognoscas yfochele in qz tus triangulis. quo dato se  
 quitur q. tu nō cognoscis triangulū simpliciter. sed tantū s. z  
 quid qz ipsum cognoscis fm materiā r. non fm formā. Secū  
 do sequitur q. si demonstraret habere tres angulos equales  
 duobus rectis de yfochele yfopleuros r. scalenon r. nō de tri  
 angulo vniuersali tu cognoscēs omne triāguli habere tres  
 angulos fm numerz r. non fm specie qz scires illā passionem  
 de quolibet triangulo singulari r. non de triāgulo vniuersali  
 ex quo nescis aliquid esse triangulū sed tantū yfochele equi  
 laterz vel gradatū. ¶ Secūdo notādū q. habere tres angu  
 los equales duobus rectis potest demōstrari de illis tribus  
 speciebus triāguli vna demōstratione vel pluribus. vna qui  
 dē faciēdo vnū syllogismū in quo cludat ista passio de illis  
 tribus simul. vt oīs figura tribus lineis rectis r. tēta habens  
 angulū extrifecū equalentē duobus intrifecis oppositis ha  
 bet tres angulos equales duobus rectis. sed yfocheles equi  
 laterus r. gradatus est figura tribus lineis rectis cōtenta r.  
 igitur yfocheles equilaterus r. gradatus habet tres angulos  
 equales duobus rectis. Pluribus aut demōstrationibus illa  
 passio demōstrat' quādo quilibet istoz trianguloz seorsū  
 accipitur. Similiter dico de cōmutata pportioe q. potest de  
 mōstrari de illis qtuor vna aut pluribus demōstrationibus.  
 verbi gratia. oēs qz titates habētes similitudinē pportionuz  
 pportionaliter cōmutantur. sed lineē corpoza tēpora r. nu  
 meri sūt qz titates que habēt similitudinē pportionū igitur  
 lineē corpoza numeri r. tēpora pportionaliter r. mutātur. Si  
**Tertia** dicitur diffinitiones non sunt suppositiones. probatur tripliciter. et sic suppositiones dicuntur esse vel non esse. sed diffinitiones non dicuntur esse vel non esse. igitur. autem patet quod suppositiones sunt propositiones in quibus dicitur aliquid de aliquo vel remouetur aliquid ab aliquo. in diffinitionibus vero non remouetur aliquid ab aliquo sicut non affirmatur aliquid de aliquo. **Notandum** quod philosophus vult generaliter quodlibet inferius esse in suo superiori sicut pars in toto. dicit enim per peripateticum. quod ea que sunt in voce sunt eorum que sunt in anima passionum note. id est. alique voces sunt repetitione eorum que significant per signa metalia. et sic loquitur philosophus cum dicit suppositiones esse in propositionibus. sicut. non habet esse aial et esse aial: quod omnis habet esse aial. et non est. ita suppositio est propositio et omni propositio. quod omnis suppositio est propositio et non omnis propositio est suppositio. **Dubitat** quod dicit Aristoteles in topico. quod diffinitio significat quod est esse. igitur diffinitio significat esse vel non esse. **R**espondetur philosophum intelligere suppositionem significare affirmatiue vel negatiue non autem diffinitionem. quia tamen facta non videtur. sicut non sequitur iste conceptus for. significat for. quod est. igitur significat esse vel non esse. nec sequitur aial rationale significat hominem. sed homo est hominem esse. igitur animal rationale significat hominem esse. sed tamen sequitur quod significat illud quod est hominem esse.

**Terminis autem non solum intelligere oportet.** hoc autem non est supponere nisi et audire suppositionem aliquis dicat: sed quorumcumque existetium in eo quod illa sunt sit conclusio.

**S**ecundo arguitur ad eandem conclusionem sic. diffinitio dat solum intelligere. suppositio autem non dat solum intelligere. ergo diffinitio non est suppositio. autem declarat. nam secundum philosophum 3<sup>o</sup> de anima. operatio intellectus assimilatur operationi sensus solum quo ad dicere et intelligere insinuat per intelligere actum incomplectum. et per dicere actum complectum et verba. ex quo sequitur quod suppositio intellectus dicitur. et per diffinitionem solum intelligit sicut per diffinitionem. quod non est verum. quod ex suppositionibus rationibus rationibus ex veris sequitur conclusio. ex diffinitionibus vero tantum ex veris non sequitur conclusio. cum suppositiones sint vere non autem diffinitiones sint vere vel false. **Notandum** quod diffinitio significat quod dicitur. id est cum primum actus intellectus dicitur intellectio. et primum obiectum suum sit quod dicitur intellectus per diffinitionem dicitur intelligere. **U**bi advertendum quod res dicitur habere triplicem esse. scilicet in se et in suis causis et penes intellectum. primum esse est esse individuale et actuale secundum esse est esse quod dicitur et esse. Tertium esse est purum signum et imaginabile. in diuisis non considerat diffinitio quid rei nec quod nominis. figuris considerat diffinitio quid nominis. scilicet quod dicitur considerat diffinitio quod rei. nam cum diffinitio pluuia per hoc quod est aqua guttata cadens dicitur non diffinitio aliquid singularis pluuia. sed solum pluuia et quod dicitur. nulla enim pluuia exente adhuc pluuia est aqua guttata cadens de nube: id diffinitio non significat esse vel non esse.

**Neque geometra falsa supponit sicut quidam affirmant dicentes quod non oportet falso vti geometra: merito autem dicentem vnus pedis esse non vnus pedis: aut rectam scriptam non rectam esse: sed geometra nihil concludit secundum hanc lineam quam ipse posuit: sed quod per hoc ostenduntur.**

**Unum** dubium potest fieri circa dicta. quia non videtur suppositiones semper esse propositiones veras. quia alique suppositiones dante a geometria sunt false supponit enim aliquam lineam esse pedalis quantitatatis. et aliam aliquam lineam esse rectam que non est recta. **R**espondetur philosophum quod geometria non supponit aliquid falsum. non enim supponit illam lineam descriptam in puluere esse rectam vel pedalem sicut nec de illa aliquid demat. sed solum illam quam intelligit per lineam in puluere. non certum est quod illa linea sic intellecta est pedalis et recta. **S**ed dicitur ponat quod non

sit aliqua linea propter istam descriptam in puluere: et sequitur geometriam supponere falsum. quia ista quam describit non est pedalis nec recta. non est illa quam intelligit cum illa non sit. **D**icendum quod illa quam intelligit est recta et pedalis quantitatatis non obstante quod illa non sit. quia illud verbum est non dicit actum. sed aptitudinem. sufficit enim quod ipsa vel sibi similis sit apta nata esse recta et pedalis quantitatatis. **E**t si dicitur vnus oppositorum non significat reliquum. ergo per istam lineam curuam non possumus intelligere aliquam rectam. negetur autem. quia dicit philosophus per de anima. quod rectus est iudex sui et obliquus sic quod per positum venimus in notitiam per uatiui. et autem per uatiui significat suum positum eo quod per uatiui est negatio in subiecto apto nato per Aristoteles 4<sup>o</sup> metha. non igitur mixtum si linea curua dat rectam intelligere.

**Amplius autem petitio et suppositio.** Omnis autem sicut totum est aut sicut in parte. Termini autem neutri horum.

**T**ertio ar. ad eandem conclusionem sic. Omnis suppositio vel petitio est vltima vel particularis. sed nulla diffinitio est vltima vel particularis. igitur nulla diffinitio est suppositio vel petitio. tamen nota cum prima parte antea. quia omnis suppositio datur vltima vel particulari. et 2<sup>o</sup> est manifesta. quia diffinitio non est propositio. vltimitas enim et particularitas sunt passionum propositionum. **Notandum** per quod Aristoteles 8<sup>o</sup> metha. querens vtrum diffinitio significet formam vel aggregatum. scilicet indiuiduum.

**R**espondetur quod vtrumque secundum quendam analogiam. et dicitur comen. quod 3<sup>o</sup> prius et posterius: quia prius significat formam. scilicet quod dicitur. et posterius indiuiduum per quod seruat quod dicitur in illo. **E**x quo sequitur quod 3<sup>o</sup> diffinitio significet vltima et singulare non tamen vltima et singulariter cum talis modus significandi oritur a signo vel a verbo aut ab alia compone. propositio autem sicut sit suppositio sicut petitio vltima aut singulariter significat. et hec est intentio philosophi. **I**ntelligendum quod omnes rationes probantes diffinitionem non esse suppositionem probant diffinitionem non esse dignitatem petitionem vel quod non indruter. quia quilibet talis est propositio significans esse vel non esse vltima vel particulariter. diffinitio enim non significat esse vel non esse nec vltima nec particulariter. **S**ecundo notandum quod terminus dicitur terminatio vel a determinatio. vnde subiectum et predicatum dicuntur terminari: quia terminantur propositionem. signa etiam adiectiua aut copule dicuntur terminari. quia determinant extrinseca propositionum in categoricis et in hypotheticis ipsas propositiones categoricas. **E**x quibus sequitur quod diffinitio de dicitur terminus per quia terminat intellectum cum ipse intellectus sit indeterminatus: tamen quod dicitur non reperit diffinitionem. 2<sup>o</sup> quia terminat totam naturam diffinitio cum exprimat genus et differentiam illius.

**S**pes quidem igitur esse aut vnus aliquid extra multa non necesse est si demonstratio erit. esse tamen vnus de multis verum dicere est necesse. Non enim erit vniuersale nisi hoc sit. Si vero vltima non sit medium non erit. Quare neque demonstratio. Oportet itaque aliquid vnus et idem de pluribus esse non equiuocum in demonstratione.

**S**ed ar. quod diffinitio sit vltima aut vltima. quia ad demonstrationem maxime est necessaria diffinitio et ipsum vltima. **R**espondetur philosophum quod vltima platonici non est necessarium ad demonstrationem. scilicet vltima predicabile quod est vnus in multis et vnus de multis. Unde si non esset vniuersale non esset medium et contra nec demonstratio. 3<sup>o</sup> etiam quod tale vniuersale sit vniuersale. quia aliter argueretur demonstratio ex quattuor terminis quod est contra philosophum per priorum. diffinitio igitur non est vniuersale. quia non est genus nec species nec differentia nec proprium nec accidens. sed est vniuersalis scilicet ipsius speciei. et ex vniuersalibus. scilicet ex genere et differentia. **Notandum** quod vniuersale et predicabile inuicem conuertuntur neque differunt nisi ex parte connotationis. nam vniuersale non dicit nisi naturam comunicabilem multis. predicabile autem collationem intellectus superaddit sic quod predicabile significat naturam comunicatam multis per collationem intellectus. vniuersale igitur est in multis et de multis in quantum vniuersale ipsum est in multis et in quantum predicabile ipsum est de multis. vltima ergo nullus dicit respectum ad

## Posteriorum

intellectum actualē vel aptitudinalē. sed predicabile dicit respectū aptitudinalē. id nullo exīte opere intellectus vltē est actu vltē sicut est actu cōdicabile. sed nō est actu p̄dicabile sic q̄ actuali p̄dicet. Seclūso igit̄ oī ope intellectus est concedendū humanitatē esse actu sp̄s et aīalitatē eē actu gen<sup>o</sup>. et cōter q̄ humanitas est p̄dicabilis de plurib<sup>o</sup> d̄r̄itibus numero: et aīalitas de plurib<sup>o</sup> d̄r̄itibus sp̄e. nūq̄ tū in actu p̄dicatur aliq̄d istoz nisi occurat opatio intellect<sup>o</sup>. q̄n̄ q̄ p̄hs dīc vltē dīc de multis: illud nō est intelligendū in eo qd vltē. sed in eo qd p̄dicabile. ¶ Dubitat̄ circa hoc qd dicit p̄hs nulluz equiuocū ingredi demonstrationē. qz dato isto seqtur q̄ de aīali et si<sup>o</sup> nihil posset demonstrari. qd est falsū. p̄z d̄na. qz ista sunt equoaca cū sint genera. dicit enī p̄hs 7<sup>o</sup> p̄bi. q̄ i generib<sup>o</sup> latent equocationes. ¶ R̄ndef q̄ tā vniuoū q̄ equoocum capiunt dupl<sup>r</sup>. s. cōiter et stricte. Vniuoū cōiter sumptuz est illud qd ipoztat plā p̄ vnā rōnez. et sic loqur de vniuoū ari. in p̄dicamentis di. vniuoū est illud cui<sup>o</sup> nomen est cōe et rō sube eadē. et sic genus est vniuoū. Vniuoū stricte sumptū ē illud qd ipoztat plā fm̄ vnica rōnē. et sic loquit̄ de vniuoū p̄hs 7<sup>o</sup> p̄bi. di. q̄ genus nō est vniuoū. qz in eo nō sūt vere. nec pprie cōparationes. Equoū cōiter sumptū est illud qd ipoztat plā diuersis rōnib<sup>o</sup>. et sic loquit̄ omē. 3<sup>o</sup> p̄bi. di. motū esse equoū ad motū localē et alios motus. et isto mō gen<sup>o</sup> est equi<sup>o</sup>. Sed equiuocū stricte sumptū est illud qd ipoztat plā tū diuersis rōnib<sup>o</sup> vt canis. et de isto loqur p̄hs in p̄dicamentis di. equi<sup>o</sup> est illud cuius nomē cōe est et rō sube ē diuersa. sumēdo ergo equiuocū stricte sic nullū equiuocū i greditur demonstrationē. sed sumēdo equoū large bñ ingreditur demonstrationē. qz equoū sic sumptū ē vniuoū. al. n. significat hominē et equū diuersis rōnib<sup>o</sup>. sic etiā diuersis differentijs descendit i illas sp̄s. significat et eadē eadē rōnē. qz vnam diffōnem hz fm̄ quā cōpetit homini et equo.

¶ Non cōtingere autē simul affirmare et negare neqz vna recipit demonstratio. sed aut si indigeat monstrare cōclusionē sic. ostenditur aut accipiētib<sup>o</sup> primū de medio q̄ verū sit affirmare. negare autem non verū mediū aut nihil differt esse et nō esse accipe. Similiter aut et tertū. Si enī assiguetur de quo homine dicere verū est eē animal q̄uis nō hominē verū. Sed si solū homines aīal esse omne nō animal aut nō. Erit enī verum dīe calliam et nō calliā eē animal. nō animal aut non. Causa aut est qd primū nō soluz de medio sed et de alio p̄pter id quod et de pluribus. Quare si neqz mediū et idem est et nō idē ad cōclusionem nihil differt.

¶ Ista est scda pars hui<sup>o</sup> ca. in q̄ Ari. declarat quat̄ scientie vtūtur p̄ncipis cōibus que sūt dignitates: postq̄ manifesta vit̄ ueniētā et d̄riam p̄ncipioz tā cōiuz q̄ p̄p̄oz. ¶ Et ponit duas r̄clones. Quaz p̄ma ē ista. nulla demonstratio ostē sua recipit dignitates negatiuā nisi fm̄ qd et dearticulate.

¶ Secūda r̄clusio. quelibet demonstratio ducēs ad impossibile vit̄ dignitate affirmatiua q̄tū sibi sufficit ibi. omne aut affirmare. ¶ Prīma r̄clusio arg. sic. nulla demonstratio onsiua recipit hoc p̄ncipiū. nō r̄tingit idē simul eē et nō esse i. p̄pa forma. s. solū p̄ applicationē ad sp̄ales terminos et ad maiorē extremitatē r̄cludendo aliq̄d p̄dicatū cū negōne sui oppositi. vt oīs homo est al<sup>o</sup> et nō est nō al<sup>o</sup>. for. est hō. igitur for. ē aīal et nō est nō aīal. ¶ Notandū p̄ hz p̄hm q̄ dignitas neg<sup>a</sup> sic applicata maiorē extremitati potest dīcī ind̄nter de me<sup>o</sup> sumpto affirmatiue aut negatiue. et r̄cludi de minorē extremitate sūpra affirmatiue aut negatiue. Prīmo nāqz tā mediū q̄ minorē extremitas p̄t sumi affirmatiue vt oīs hō est aīal et nō est aīal. callias est homo. igit̄ callias est aīal et nō est

non aīal. Scdo mediū potest sumi negatiue et minorē extremitas affirmatiue vt oīs homo est aīal et nō est nō aīal. equ<sup>o</sup> est nō hō. igit̄ equus est aīal et nō est nō aīal. Tertio mediū pot̄ sumi affirmatiue et minorē extremitas negatiue. vt oīs hō est aīal et nō est nō aīal. sed nō callias ē homo. igit̄ nō callias est aīal et nō est nō aīal. cā aut̄ est quia maiorē extremitas predicatur de me<sup>o</sup> et de alio ab illo: ideo nō est cura si accipiatur affirmatiue aut negatiue. Quarto tā mediū q̄ minorē extremitas p̄t sumi negatiue vt omnis nō hō est aīal et nō est nō aīal. sed nō callias est nō homo. igit̄ non callias est aīal et non est nō aīal. Quinto mediū pot̄ sumi affirmatiue et minorē extremitas affirmatiue et negatiue simul. vt oīs homo est aīal et non est nō aīal. sed callias et nō callias est aīal et nō est nō aīal. Sexto mediū pot̄ sumi negatiue et minorē extremitas affirmatiue et negatiue simul. vt omnis nō homo est aīal et nō est nō aīal. sed callias et non callias est nō homo. igitur callias et nō callias est aīal et nō ē nō aīal. ¶ Scdo notādū fm̄ Egi. q̄ si maiorē extremitas in plus se hz q̄ mediū aut mediū q̄ minorē extremitas nō oz addere negōem me<sup>o</sup> vel minorē extremitati. sed solū concludere absolute. verbi gr̄a. vt oīs hō ē aīal et nō est nō aīal. sed callias est hō. igit̄ callias et nō callias est aīal et nō est non aīal. ita q̄ nō oz sumere in minorē totū illud copulatum. sed accepta p̄ma pte pot̄ r̄cludi totū copulatū. ex quo mediū in plus se hz q̄ minorē extremitas. et hāc asserit fuisse intētiōē Ari. in hoc loco. ¶ Sz h̄ posito q̄ callias sit omne aīal. as̄s est verum et nō falsum. igit̄ d̄na non v̄z. et nulli dubium q̄ ad huc li aīal eēt terminus cōioz q̄ li homo. et li hō q̄ li callias. sicut iā cōius est instans q̄ hoc instans. et fenix q̄ ista fenix. imo dato illo mō arguēdi syll̄s ille cōstaret ex quatuor terminis qd est h̄ doctrinā Ari. p̄ p̄ozum. et p̄z d̄na qz copulatum subycitur in r̄clone et solū altera pars est minorē extremitas. Intentio igit̄ p̄bi est q̄ dignitas negatiua pot̄ r̄cludi p̄ applicationē ad maiorē extremitatē siue mediū aut minorē extremitas accipiat affirmatiue aut negatiue. ¶ Primum dubiū vt q̄ frustra recipiat dignitas negatiua in dem̄tōe onsiua. q̄n̄ habita notitia qois hō est aīal scit̄ q̄ oīs hō est aīal et nō est nō aīal. ¶ Scdz dubiū. cū oīs demonstratio ostē sua pcedat ex p̄p̄onibus vltibus vt p̄hm male exemplificare sumēdo minorē singularem cū dicit callias est hō. ¶ Ad primū d̄r̄ negando q̄ statim cū scitur oēm hominē esse aīal sciat̄ oēs hominē nō esse nō aīal. qz pot̄ aliq̄s dubitare sup̄ istā oīs hō nō est nō aīal. ex q̄ aliq̄d est qd ē aīal. et nō aīal. nā corpus in cōi est aīal et lapis. sed lapis est nō aīal. igit̄ corpus in cōi est aīal et est nō aīal. nūq̄ tū duo d̄dictoria incōpleta verificantur de aliquo eozūdē neqz de aliquo suoz inferiorum. sed bene de aliquo superiori eo modo quo dictum est. et dato q̄ demonstratio ostē sua nō recipit p̄mā dignitatē ad veritatē inuestigādā. sufficit autē q̄ recipiat ad cōtradictionē r̄cludēdā. ¶ Ad 2<sup>o</sup> dicitur q̄ p̄hs hic so<sup>o</sup> um exēplariter locut<sup>o</sup> est. tū vt infra ostendetur alicuius demonstrationis ostē siue. scilicet particularis aliqua p̄missarum potest esse singularis.

¶ Omne aut affirmare et negare que ē ad impossibile demonstratio accipit. et hoc neqz semp vniuersaliter. sed q̄tum sufficiens ē in genere. Sufficiens autem est in genere. Bico aut genere vt cū ca qd genus demonstrationes sunt sicut dictum est prius.

¶ Secūda cōclusio. quelibet demonstratio ducens ad impossibile vit̄ dignitate affirmatiua dearticulate q̄tū sibi sufficit. p̄z. qz nulla demonstratio vit̄ p̄n<sup>o</sup> cōi nisi fm̄ applicationem ad suum p̄p̄iū subm. modus autē recipiendi p̄ncipiū affirmatiuum in demonstratiōe ducēte ad impossibile est iste. vt si q̄velit pbare q̄ aliq̄d aīal nō est homo arguat sic. omne aīal est homo. equ<sup>o</sup> est animal. ḡ equus est homo. Ista forma ē bona. r̄clō ē falsa. igit̄ aliq̄ p̄missaz. nō minor.





## Posteriorum

tu fuisti nō albus. ergo tu nō fuisti albus. sed bene sequitur q̄ aliquando nō fuisti albus. ita demonstrato aiali in cōmuni lz nō sequitur hoc est nō hō. igitur hoc non est homo. tñ sequitur q̄ hoc aliquo mō nō est hō. quia eo modo quo aial in cōi est asinus non est homo. ¶ Sed adhuc dubitatur circa dicta quia videtur q̄ ista. ens est ens. nō sit prima ppō simplr p̄mitate eēndi. qz illa d̄ scōo adiacēte. s. ens ē. v̄r eā p̄ceder p̄mitate nāe eo mō quo pars p̄cedit totū. ¶ Rūdef q̄ ista i mente ens est in ordine ppōnum significantiū nāl̄r est ppō de tertio adiacente. qz hoc verbū est significat quādā cōpo. sitionē quā sine extremis nō est intelligere. inqt p̄hs primo piareme. lz eni in voce vel in scripto aut i mēte aut i ordine terminoz significantiū ad placitū denf ppōnes de 2<sup>a</sup> adiacente nō tñ in mente in ordine terminoz significantiū nāl̄r qz illud verbū est nāl̄r sumptū est modus cōponēdi nāl̄r extremū cū extremo. nihil aut pōt remoueri a sua nāl̄rate ideo nō pōt facere ppōnez cū subiecto sine p̄dicato.



**Comunicat autem omnes scientie secundum communia: communia autem dico quibus utuntur tanquam ex his demonstrantes: sed non de quibus demonstrantur vel demonstrant.**

¶ Istud est 3<sup>a</sup> caplin huius tractatus in quo p̄hs notificat q̄r scie ueniūt circa p̄n<sup>a</sup>. Et diuidit i q̄rtuoz ptes in quaz p̄ma declarat q̄r scie ueniūt circa p̄n<sup>a</sup> cōia. in 2<sup>a</sup> q̄r cōueniunt circa p̄ncipia p̄p̄ia. ibi. si autēz idē. in 3<sup>a</sup> circa p̄dicta mouet p̄hs q̄nes ibi. qm̄ aut geometrice. i 4<sup>a</sup> manifestat i sciētys doctrinalib<sup>9</sup> nō fieri deceptōes ibi. hec aut sūt vt v̄r. ¶ Prima pars diuidit in tres r̄clones. Quaz p̄ma ē ista. Omnes scie cōueniūt r̄ discōueniunt circa p̄ncipia cōmunia. p̄ma pars est euidēs. qz quelz scia roborat p̄ p̄ncipia cōia necessaria ingredientia virtualr dem̄strationē nō absolute vt dictū ē sed dearticulate. 2<sup>a</sup> pars est nota. qz nulla scia sp̄alis pbat p̄ncipia cōia. sed scia v̄l̄s pbat p̄ncipia cōia. ¶ Notandum q̄ triplr pōt se h̄re aliq̄ scia circa p̄ncipia. p̄mo qdē p̄bando aliqd p̄ ipsa. r̄ in hoc ueniūt oēs scie. qz oēs scie accipiūt h̄s p̄ncipia cōia r̄ pbat multa p̄ ipsa. ¶ Scōo p̄bando aliqd de ipsis vt q̄ nō possumus talib<sup>9</sup> p̄ncipys dissentire corde nec eoz opp<sup>a</sup> concipe tanq̄ v̄a. r̄ talis p̄batio p̄tinet ad metha.

¶ Tertio p̄bando ipsa p̄ncipia cōia. r̄ hoc itez nulla scia facit nisi metha. p̄n<sup>a</sup> aut cōia fundata in ente nō pbat metha. simplr nec a p̄iozi neqz a posteriori. s. isti aut illi pōt p̄bare a posteriori inductive vt quocūqz dato falsum ē q̄ ipm̄ est r̄ nō ē. igit nō r̄tingit idē simul eē r̄ nō eē. s. r̄ de nullo q̄cunqz signato affirmat aliqd r̄ ab eo remouet idē. igit de quolibet dicitur affirmatio vel neg. sic etiā pōt p̄hs a posteriori p̄bare sua p̄n<sup>a</sup>. s. p̄ effectū r̄ p̄ experientia vt mor<sup>9</sup> est. r̄ aliquid ē mobile. qz hoc vel illud mouet. p̄n<sup>a</sup> aut cōia fundata in p̄ribus entis vt oē totū est maius sua pte. r̄ si ab equalib<sup>9</sup> eqlia demas r̄c. nulla scia sp̄alis pbat a p̄iozi vel a posteriori. sed tñ meth. vtroqz mō vt als claruit.

¶ Et dialectica omnib<sup>9</sup> ē. r̄ si aliqua vniuersaliter temptet monstrare communia: vt quod est omne affirmare aut negare aut quod ē equalia ab eqliibus aut quelibz talium.

¶ Scōa r̄clō. tā dialectica q̄ metha. v̄t̄ oib<sup>9</sup> p̄ncipys cōib<sup>9</sup> oium sciaz. p̄ ista cōclusio taz de dignitatibus q̄ de cōibus animi conceptionibus eo q̄ quelibet istaz d̄r scia cōissima. ¶ Notandū p̄ q̄ alr v̄t̄ dialectica r̄ alr methaphysica oib<sup>9</sup> p̄ncipys cōibus. nā dialectica v̄t̄ illis solū regulr r̄ artificia. liter tradendo regulam r̄ arte p̄badi oia talia p̄ncipia nō tñ pbat omnia p̄ncipia illa. sicut ēt ipsa dat arte demōstradi in geometria r̄ arithmetica nō tñ demōstrat nec in geo. nec in arithme. Meth. v̄o v̄t̄ p̄ncipys cōib<sup>9</sup> demōstratiue eo mō quo dictū est. r̄ qz ista p̄ncipia nō fūdant i mēte i ente sed in partibus entis. cū ergo demōstrat min<sup>9</sup> cōe p̄ magis

cōmune a p̄iozi: seq̄ metha. p̄ p̄ncipia cōissima posse p̄bare a p̄iozi cōes animi cōceptiones. ¶ Scōo notandū q̄ cū metha. sit sapiētia p̄ p̄m̄ in p̄hemio meth. h̄z se in tromie tere de oibus p̄ncipys p̄pter q̄rtuoz r̄ditiones q̄s attribuit p̄hs sapiētie. 6. et̄bi. ¶ Prima r̄ditio est attigere vltimū ar̄tis. qz ille est bon<sup>9</sup> artifex q̄ attingit vltimū ar̄tis. p̄pterea dicit p̄hs i p̄h<sup>9</sup> met. q̄ sapia ē circa difficilia cū n̄ vocet sapiēs ille q̄ cognoscit cōmunia. sed q̄ difficilia. talis aut est q̄ attingit vltimū ar̄tis. cū igit vltima sciaz sint p̄ncipia p̄ reiolonē ergo metha. ex quo est sapiētia attingit illa. ¶ Scōa r̄ditio est eē circa totū r̄ nō circa ptem tñ. iō deus nō est arator nec fossor. qz talis ē circa ptem solū. dicit. n. p̄hs i p̄hemio met. q̄ sapia oia cognoscit r̄ r̄siderat. ergo meth. cū sit sapia ē circa totū r̄ p̄nter circa p̄n<sup>a</sup>. cōsiderat enī ens in q̄tū ens p̄ p̄hs 4<sup>a</sup> metha. r̄ p̄nter r̄siderat oēs ptes entis r̄ oia p̄n<sup>a</sup> fundata in p̄ribus entis. ¶ Tertia r̄ditio est eē circa certissimū. iō deus r̄ intelligētie sūt certissimi qz sūt sapientissimi. V̄t̄ dicit Ari. in p̄hemio metha. q̄ sapia est circa certiora. nemo enī ē sapiēs medicus vel legista nisi medicinalia vel legalia alys certi<sup>9</sup> nouerit. sed metha. est sapia. ḡ metha. est circa certiora. hec aut sūt p̄ncipia. ¶ Quarta r̄ditio est eē caput. iō deus est sapiētissimus. qz sic caput dirigit mēbra ita deus dirigit totū vniuersū. V̄t̄ dicit Ari. in p̄hemio meth. q̄ sapia est p̄ncipialis r̄ nō subseruēs. dirigit enī r̄ non dirigit. qz sapientis est ordinare r̄ nō ordinari. Si ḡ met. ē sapia ōz q̄ sit caput oium aliaz sciaz r̄ d̄r oium p̄ncipioz. ¶ Ex q̄bus sequitur q̄ meth. est intellect<sup>9</sup>. scia. r̄ sapia. est enī intellectus vt dirigit oia p̄ncipia. Est scia vt demōstrat r̄clones ex suis p̄ncipys. r̄ est sapia vt est circa totū r̄ nō circa pte. ¶ Sed dubitat circa tertia r̄ditionē. qz dicit cōmentator 2<sup>o</sup> meth. q̄ scie math. sūt i p̄ gradu certitudis r̄ nāles sequūtur eas. ḡ fin cōmen. meth. nō est scia certissima. ¶ Dicendū q̄ v̄nas sciam esse altera certiorē intelligit duplr. s. certitudine oblecti r̄ certitudine modi p̄cedēdi vt testat cōmen. in plogo d̄ aia dicens astronomia eē firmiorē geometria firmitate obiecti. eē aut. v̄z. firmitate demōstrationis geomeo. firmior est astrologia. dico ḡ q̄ loquēdo de certitudine obi meth. 13. p̄ximū gradū certitudinis. nālis p̄bia 2<sup>a</sup>. math. 3<sup>a</sup> gradus. dicit. n. p̄hs 2<sup>a</sup> metha. q̄ sicut se h̄z oculus noctue ad lucē solis ita se h̄z intellectus n̄r ad manifestissima in nā. r̄ itelligit inqt r̄men. ibi p̄ manifestissima in nā deū r̄ intelligentias. iō rōne taliū metha. est scientia certissima r̄ manifestissima. loquēdo autē de certitudine modi p̄cedēdi. sic mathe. scie sunt in primo gradu certitudinis. qz p̄cedūt ex notiorib<sup>9</sup> nobis r̄ nature vt asserit r̄men. in plogo phi. nāles aut sūt i 2<sup>o</sup> gradu. ga p̄cedunt ex notiorib<sup>9</sup> nobis ad notiora nāe r̄ eē. q̄ sunt nobis satis p̄nq̄. metha. aut p̄cedit ex notioribus nob ad notiora nature. r̄ eē que sunt remotissima a nobis. s. ocus r̄ intelligentie.

¶ Sed dialectica nō est sic diffinitiozū quorūdam nec generis aliculus vni<sup>9</sup> ē. nō enim interrogaret. demōstrantē enī nō est iterrogare p̄pter id quod oppositoz esse non demōstrat idem. ostensū aut hoc ē in his que de longissimo sunt.

¶ Tertia r̄clō. dialectica nō est determinate d̄rie nec determinati ḡnis subī. pbat. q̄libet scia q̄ est determinate d̄rie vel determinati ḡnis subī. pbat tñ v̄nā ptem r̄ditionis. sed dialectica pbat ind̄nter v̄trāqz pte r̄ditionis. ḡ r̄c. p̄z n̄ia cū maiori inductive r̄ mior est declarata p̄ p̄ioz. ¶ Cōtra p̄dicta ar. r̄ p̄ q̄ dialectica ē determinate d̄rie. nā dialectica cōsiderat de actibus aie r̄ de int̄tionib<sup>9</sup> p̄ximis r̄ scōis q̄ h̄nt determinatas d̄rias. ḡ r̄c. ¶ Scōo ar. q̄ dialectica ē determinati generis subī qz cōiter d̄r syllogismū seu ens rōnis eē subz logice vel dialectice. ¶ Tertio ar. q̄ dialectica nō pbat nisi v̄nāz pte r̄ditionis. qz dialectica est scia. quelibet aut scia est habitus acq̄situs p̄ demōstrationē. sed demōstratio nō pbat nisi v̄nā pte r̄ditionis. ḡ r̄c. ¶ Quarto ar. q̄ aliq̄ scia ē determi-

# Primus

nate dñe & determinati gñis quetñ pbat vtrāqz ptem dñi-  
tionis. qz pbia nālis est hñ. in ea. n. sūt opñones dñe & dñcto-  
rie nēcio pbatēs duo dñctoria. ¶ Ad pñ<sup>o</sup> dicit Egi. qz act<sup>o</sup>  
aie duplr pñt dñderari. p vt sūt quedā res. & sic sunt pñsice  
dñderationis & nō dialetice. z vt sūt instā applicabilia ad  
res. & sic sunt dialetice cōsideratiōis. nō tñ sunt determinate  
dñe sicut nec res indifferenter sumpte. ¶ Ista nñsio est dñ-  
bia. p qz cōsideratio actū aie vt sūt res: est cōsidera<sup>o</sup> meth.  
& nō pñsica. z qz cōsideratio istoꝝ vt applicant ad res ē cō-  
sideratio pñsica. cōsiderat. n. pñsicus act<sup>o</sup> aie vt sūt cōce-  
ptus & silitudines rez. ¶ Dicen. ē g alr qz act<sup>o</sup> oio pñt triplr  
cōsiderari. pñmo vt sūt actus vel res. & sic sunt metha. cōsi-  
derationis. Scōdo vt sūt res vel actus determinati subī vel  
obiecti. & sic sūt pñsice cōsideratiōis. Tertio vt sūt disposi-  
tiones vel organa arguēdi & sic sūt dialetice cōsideratiōis.  
¶ Ad 2<sup>m</sup> dñ qz ē duplex dialetica vel logica. s. docēs & vtēs.  
Dialetica docēs est illa q̄ dat artē & regulas arguēdi & syllo-  
gizandi. & fm hoc dialetica est determinati gñis subī. Dialē-  
tica at vtēs est pcessus discursiu<sup>s</sup> ab vno ad aliō. & hic repit<sup>r</sup>  
i bñtis & in q̄lz scia & sic q̄lz scia ē logica vl dialetica. & isto<sup>o</sup>  
nō est determinati subī nec determinate dñe & sic sumendo  
dialeticā vel logicā ipsa pōt pbare oia pñm. qz metha. ē logi-  
ca vel dialetica large sumēdo. pprie aut sūpra nō pbat illa.  
sed solū tradit artē pbadi eadē. ¶ Ad 3<sup>m</sup> dñ qz dialetica est  
scia & modus sciēdi. in eo qz est scia nō pprie pbat nisi vnam  
ptem dñctionis. in eo aut qz est modus sciēdi sic pbat & do-  
cēt pbare vtrāqz ptem dñctionis. ¶ Ad 4<sup>m</sup> dñ qz si in pbia  
sint opñiones dñe & dñctorie nēcio vna illaz ē falsa & nñr  
illa nō est pbia. qz pbia nō est nisi veroz & necessarioz. Et si  
vā pbia ad inuestigandā vitatē arguit ad vtrāqz ptem dñ-  
ctōis: B nō hñz ex se s; ex logica docētē arguere ad vtrāqz par-  
tem contradictionis & isto modo potest vocari logica. & hoc  
ad presens sufficit.

**S**i autem idem ē syllogistica interrogatio & p-  
positio contradictionis. Propositōes aut sunt  
secūdam vnamquāqz sciaz ex qbus ē syllogism<sup>o</sup>.  
Secūdu vnaquāqz erit vtriqz aliqua iterrogatio  
scibilis: ex quibus q est secūdam vnaquāqz sciaz  
pprius fit syllogismus.

¶ Ista est 2<sup>a</sup> pars hui<sup>o</sup> capli i q̄ pñs declarat quo<sup>o</sup> scie se hñt  
circa ppropia postqz manifestauit quo<sup>o</sup> se hñt circa cōia. & iō  
qz interrogare ē ppiū opponētis & rñdere rñdētis & dispu-  
tare vtriusqz. Arist. ponit tres dñones. Quarū prima ē ista.  
quelibet scia hñz ppias interrogatiōes. Scōda dñō. quelibet  
scientia habz ppias rñsiones ibi. neqz est oēm. Tertia con-  
clusio. ois scia hñz ppias dñsputatiōes ibi. si autem disputat.  
¶ Pñ<sup>o</sup> dñō ar. sic. idēz est iterrogatio syllogistica & ppō  
dñctōis. sed q̄lz scia hñz ppias ppōnes ex qbus fit syllosm<sup>o</sup>  
ergo q̄lz scia hñz ppias interrogatiōes scibiles ex qbus fit  
syllogism<sup>o</sup>. Arguit ergo sic breuiter. idē est ppō & iterrogatio  
sed q̄lz scia hñz ppias ppōnes. ḡ q̄lz scia hñz ppias iterroga-  
tiones. ¶ Notandū qz iterrogatio ē oīo sūpra añ actualē syl-  
logizationē. dñō ē oīo illata p syllogizationē. & ppō vt ad p-  
sens sumit ē pmissa: qz ppō idē ē qz p alio positio. Ex qbus se-  
quit<sup>r</sup> qz eadē oīo ē iterrogatio dñō & ppō. vbi grā. hec oīo. ois  
hō ē disciplinabilis ē iterrogatio dñi q̄rit. vtz ois hō sit disci-  
plinabilis. & ē dñō cū sic ar. oē aial rōale ē disciplinabile. ois  
hō ē aial rōale. ergo ois hō ē disciplinabil. & eadē oīo ē ppō  
sic arguēdo. ois hō ē disciplinabilis. for. ē hō. ergo for. ē discipli-  
nabilis. & intelligit arist. p ppōnem dñctōis pmissaz iserētē  
alterā parte dñctōis. ¶ Pñmū dubiū. vñ qz nō q̄lz scia hñt  
ppias interrogatiōes: qz scia demonstratiua nō hñz ppias in-  
terrogatiōes cū dictū fit sūpra dialeticū iterrogare & nō de-  
monstrare. ¶ Scōm dubiū. vñ qz ex iterrogatiōib<sup>o</sup> nō fiat syl-  
logism<sup>o</sup>: qz syllogism<sup>o</sup> fit solū ex pmissis vl ex ppōib<sup>o</sup>. ¶ Stat  
aut qz iterrogatio nō ē pmissa s; dñō. ¶ Ad pñm dñ qz iter-

rogatio duplr sumit. s. large & stricte. Interrogatio large sum-  
pta idē ē qz oīo. pbabilis: & sic in q̄lz scia sunt iterrogatiōes si-  
cut & qōnes. Un in pñ<sup>o</sup> hui<sup>o</sup> scōi dicit pñs qz qōnes sūt eqles  
nūero his q̄cūqz vere scim<sup>o</sup>. Interrogatio stricte dñpta idē ē  
qz oīo pbabilis ad vtrāqz pte dñctōis: & sic in sola dialetica  
regiunt iterrogatiōes. & de tali iterrogatiōe locut<sup>r</sup> ē pñs su-  
peri<sup>o</sup>: & sic tā demonstrator qz dialetic<sup>o</sup> iterrogat. nō tñ eodez  
mō: nec de eadē re simplr. Nā demonstrator iterrogat solū d  
dñōne nō aut d pmissis idē demonstrabilib<sup>o</sup>: nec de pncipiis. di-  
aletic<sup>o</sup> aut iterrogat de oib<sup>o</sup>: qz hñz viāz pbandi tā pncipia qz  
dñones. Et demonstrator nō iterrogat nisi de dñōne vera. di-  
aleticus aut indifferēter tā de vera qz de falsa. ¶ Ad scōz dñ  
fm egi. qz in demonstratiōe oñsua ex iterrogatiōib<sup>o</sup> fit syllogis-  
mus nō qdē syllogism<sup>o</sup> cui<sup>o</sup> ē iterrogatio s; alteri<sup>o</sup>: ita qz illa.  
ois hō ē disciplinabil. ē dñō in vno syllogismo & pmissa i alio.  
iō ex illa nō fit syllogism<sup>o</sup> cui<sup>o</sup> est iterrogatio vl dñō s; ex il-  
la fit syllogism<sup>o</sup> cui<sup>o</sup> ē pmissa. In demonstratiōe aut ducētē ad  
impossibile sumit oppositū iterrogatiōis ex quo cū alio dñō  
so inferit aliqd impossibile: & sic ē iterrogatio igredit<sup>r</sup> syllogis-  
mū. iterrogatio ḡ vt iterrogatio vl dñō nō est illud ex quo  
fit syllogism<sup>o</sup>: s; in eo qz ppō aut opposituz illi<sup>o</sup>. ¶ Cred o tñ  
meli<sup>o</sup> dicendū eē qz ex iterrogatiōe vt iterrogatio ē nō fit syl-  
logism<sup>o</sup>: s; solū ex iterrogatiōe vt ē ppō vl dñō. sicut. n. pmiss<sup>o</sup>  
se sūt ptes essentielles syllogism<sup>o</sup>: ita & dñō. sicut ḡ ex pmissis  
vt sic fit syllogism<sup>o</sup>: sic ex dñōne vt sic fit iō syllogism<sup>o</sup>. & qñ  
ex oppositis pmissaz nō dñ fieri syls. iō ex iterrogatiōe nō fit  
syls ducēs ad impossibile. sed bñ ex opposito illi<sup>o</sup> cū illō oppo-  
sitū ingrediat demñationē ducētē ad impossibile & nō interro-  
gatio. hec. n. ois hō est disciplinabilis nō ingredit demñatio-  
nē ducētē ad impossibile sed bñ oppo<sup>o</sup> illi<sup>o</sup> isto<sup>o</sup>. non ois hō est  
disciplinabilis & ois hō est aial rōale. ḡ nō oē aial rōale est  
disciplinabile. ingredit enī quelibet pmissaz indifferēter  
tā demñationē oñsua qz ducētē ad impossibile. sed dñō q̄ fuit  
interrogatio nō ingredit demñationē ducētē ad impossibile.  
sed bene oppositum illius.

**M**anifestū ergo qz nō ois interrogatio geome-  
trica erit neqz medicinalis. s; at & in alijs.

¶ Ex ista dñōne cū sua pbatiōe Arist. inferit tria correlaria.  
Quoz primū est illud. nulla iterrogatio est indñter cuiuslibet  
bet scie. pbat. nulla dñō est indñter cuiuslibet scie. s; q̄libz  
iterrogatio est cōclo. ḡ rō. p. z. nñā cū minor. maior aut liq̄  
inductiue. qz nulla cōclo est indñter geometrie & medicie.

¶ Notādū s; Linco. itentionē pñi eē qz nulla cōclo ē plūz  
sciaz. si aut astrologus cōsiderat spericitatē terre sicut & na-  
turalis hoc ē sub alia rōne. qz pñs cōsiderat spericitatē terre  
vt est passio corpis nālis mobilis. astrologus vō vt est passio  
magnitudis mobilis. Ista respōsio est nimis larga. qz sicut  
idē obiectū & idē termin<sup>o</sup> est diuersaz sciaz vt colligitur de  
mente Ari. z<sup>o</sup> pñi. ita eadē cōclo est diuersaz sciaz. Nam q̄li-  
bet istaz. terra est sperica. luna est eclipsabilis. ē conclo nālis  
& astrologica cū glibet illoꝝ demōstret illas lz non eodē mō.  
qm̄ astrologus demōstret terrā eē spericā p ipsaz eq̄lr dista-  
re a celo. pñs aut p hoc. qz oē graue tendit ad mediū mundi.  
s; astrologus pbat eclipsim de luna p solē eē in capite vel  
in cauda draconis. pñs vō p terras diametraliter interponi  
inter solē & lunā. & iō intētio pñi fuit qz nulla cōclusio est in-  
differēter cuiuslibet scie. aut qz nō omnis cōclusio est idif-  
ferēter plūm sciaz & hoc cōcedit. intētio tñ Linco. est vā.  
videlicet qz nulla cōclusio s; eandē considerationē ē pluri-  
um scientiarum. quia scientie distinguantur ex distinctione  
considerationum.

**S**ed ex quibus autē demonstratur aliquid de  
quib<sup>o</sup> geometria est aut ex eisdez demonstratur  
geometrice sicut i speculatiua. s; at & alijs.

¶ Scōm correlarium. in qualibet scia subalternāte aliqd di-  
citur ppositio duplr. aut qz illud aliqd demonstratur in scia

## Posteriorum

illa. aut quia per illa demonstratur aliud in scia subalternata ubi gra a centro ad circūferentiā oēs linee ducte sunt eāles hec est ppō in geometria. qz aliqd p illā demōstrat i geometria. s. qz sup datā lineā contingit triangulum eglatez collocare. hec aut. linea recta cadēs sup lineā rectā causat angulum rectilineū dato qz non demonstrat aliqd in geometria tñ dī geometria ppō qz nō geometrico in pprijs terminis demōstrat aliqd i p̄spectiua l3 dearticulate. vt qz oculus videt p̄tē dextrā z sinistrā visibilis: eo qz ab illis causant anguli recti linei visuales p̄ cursuz lineaz visualiū rectaz. ¶ Notādū fm̄ auctore de causis qz oīs cā primaria plus influit i effectuz qz causa secundaria. cū ergo r̄clones geometricae sint cāe primarie respectu r̄clusionuz p̄spectiuaaz. qz ab illis p̄spectiuis accipit sua p̄ncipia ppria. ergo magis r̄currūt ad cōclūsiōes p̄spectiuaaz qz ppria p̄ncipia p̄spectiue. z p̄ncipia dicunt p̄pōnes tā geometricae qz p̄spectiue l3 p̄ illas nulla ppō geometrica de monstrēt. dñr enī p̄pōnes geometricae p̄ q̄to i pprijs terminis descēdūt i p̄spectiua vt p̄missē. sūt aut p̄pōnes p̄spectiue in q̄tū illi termini s̄bunt p̄ alios terminos ex qbus fit ppus terminus scie p̄spectiue vt sepe est oñsum.

¶ Et de his quidē rationez contingit ponendam esse ex geometricis p̄ncipijs z r̄clusionibus: sed p̄ncipioz non ponēdas rōnez eē geometricae secū dñi qz ē geometria. similē autē z i alijs sciētijs.

¶ Tertiu correlariū. qlibet artifex sp̄alis reddit rōnez suarū interrogatiōnū p̄ncipia z cōclūsiōes nō aut p̄ncipioz in eo qz talis sed metha. Si enī aliqua interrogatiō est scda cōclūsiō demōstrata o3 qz reducāt i p̄mā cōclūsiōē z ex cōsequētī in p̄ncipia prima. tñ p̄mā cōclūsiō nō reducīt i r̄clōnē sed solū i p̄ncipia q̄ nullus artifex sp̄alis vt sic pōt pbare. s3 solū in eo qd methaphysicus.

¶ Neq3 omnem est itaq3 scientem interrogatiōnem interrogare: neq3 secundū omne interrogatum r̄spōdere vnoquoque: sed que sunt secundum scientiam determinatā.

¶ Scda conclusio. qlibet scia h3 pprias r̄fisiōes. p3 ex p̄ori qm̄ sicut qlibet artifex determinate interrogat ita determinate r̄idet. sicut enī scia h3 pprias interrogatiōes rei ita h3 pprias r̄fisiōes. z sicut nō spectat ad sciam aliquā sp̄alē interrogare quāz interrogatiōē ita nō spectat r̄spōdere ad qdlibet interrogatū. phisicus enī nō interrogat. vtrū oīs triangulus hēat tres angulos eāles duob3 rectis neq3 r̄spōdet ad illud interrogatū sed bñ q̄rit. vtz omne graue tēdat deorsum. z si fuerit interrogatū bñ r̄idet. ¶ Sed 3. metha. r̄idet ad oēs qōnes vel qz ad illā oīs triangulus h3 tres angulos equales duobus rectis cum considerat de quolibet termino illius: sicut considerat de quolibet ente ergo de illa p̄p̄ositione cōsiderat. Dicitur qz cōsiderat de illa p̄pōne z d̄ quolibet termino eius vt ens est. nō autem vtrū illa passio insit subo de necessitate z p se nisi postqz fuerit demonstrata p geometriā. Uñ añ demonstrationē methaphysicus nescit illud p̄dicatū eē ppriā passiōē subiecti. sed post demōstratiōē scit illud z tūc considerat illā passiōē inesse subiecto p se et de necessitate coḡscēdo illā triangulo inesse ex p̄ncipijs sp̄ci.

¶ Non ergo meth. r̄idet ad illā absolute sup̄tā z i sup̄pōne p̄sonali sed tñ materiali: dicēdo illam omnis triangulus h3 tres angulos esse quoddam ens complexum cuius extrema realiter differunt.

¶ Si autē disputat aliquis cū geometra secundū qz geometra manifestū ē quoniā z bene si ex his aliquid demōstrat: si vero non: nō bene. Adanifestum est autē quoniā non arguit geometriā sed aut secundum acc̄s: quare nō vtiq3 erit in nō geometricis de geometria disputādum. Latebit enī

prave disputantem. similiter autē z in alijs se habet scientijs.

¶ Tertia r̄clō. omnis scia habet pprias disputatiōes. Ista conclusio patet ex alijs tñ arg. sic. Quicūq3 arguit i geometriaz geometricae z ex p̄ncipijs geometricae bñ disputat. z quicūq3 nō arguit geometricae vel non ex p̄ncipijs geometricae. nō bñ disputat ergo r̄. prima pars pbat sic. quicūq3 vincit geometriā vt geometra est bene disputat. sed quicūq3 arguit geometricae vt p̄ncipijs geometricis r̄tra geometriā vincit geometriā vt geometra est. ergo quicūq3 talis bene disputat. minor pbat qz arguens nō geometricae vincit geometriā solū p accidēs p q̄to forte ē musicus vel arithmeticus. Secūda pars añtis pbat. nā quicūq3 arguit latēter cōtra geometriā ita vt nō percipiat an bene vel male arguat non bñ disputat. sed quicūq3 arguit nō geometricae aut non ex p̄ncipijs geometricis cōtra geometriā latēter arguit. ergo quilibet talis non bene sed male disputat qd erat p̄bandū. ¶ Dubitat qz illa p̄p̄ositio non videtur vera. quicūq3 arguit geometricae ex p̄ncipijs geometricae vincit geometriā vt geometra ē qz nō semp sic arguens vincit geometriā. aliter enī semp cōcluderet geometrico. ¶ R̄idet ergo qz li vincit in p̄p̄ositio dicit aptitudinē z nō actū. licet ergo geometricae arguens nō semp vincit geometriā. semp tñ aptitudinē vincit ipsum.

¶ Quoniā autē sūt geometricae interrogatiōes nonne sunt z nō geometricae?

¶ Ista est tertia pars hui3 capituli. in qua philosoph3 mouet aliquas questiones circa p̄dicta. z facit duo. nāz p̄mo mouet h3 questiones. secundo soluit eas ibi. fm̄ geometriā autem. prima questio est de conclusiōibus. secūda de p̄missis ibi. scdm̄ vnāquāq3. tertia de syllogismis ibi. vtrum scdm̄ ignozantiam. ¶ Prima ergo questio est ista. vtz interrogatiōnum. i. cōclūsiōnum alique sint geometricae z alique non geometricae. z qz ista questio v̄t superflua ex quo philosoph3 determinauit i altera lectione quālibet sciam habere ppas interrogatiōes z qz nō omnis interrogatiō est arithmeticae vel geometricae vel medicine. Ideo est notandū qz quadruplex interrogatiō respicit geometriā. ¶ Prima interrogatiō conclusiō demōstrata in geometria vt super datā lineā contingit triangulum eglaterum collocare. Secūda interrogatiō est. conclusiō demōstrata per p̄ncipia geometricae i alia scientia vt in p̄spectiua. videlicet. oculus videt dextrā magnitudinis p hoc qz ab illa egrediuntur linee causantes angulum rectilineū in partem dextrā oculi. Tertia interrogatiō est cōclūsiō nō demōstrata in geometria nec ex p̄ncipijs geometricae tñ app̄ret esse conclusa per p̄ncipia geometricae ratione affinitatis ad suā scientiam subalternantem vt sunt multe cōclūsiōes musicae p̄pter propinquitatē iter geometriaz z arithmeticae. Quarta interrogatiō est cōclūsiō demōstrata non in geometria nec ex p̄ncipijs geometricae vere aut apparenter vt conclusiōes naturales. mouet ergo Ari. hāc questionē. p̄pter interrogatiōes apparenter geometricas de quibus nullam facit mentionem. debet ergo sic intelligi questio. vtrum interrogatiōnum apparenter geometricarū alique sint geometricae z alique nō. ¶ Dubitat. vtz omnis interrogatiō geometrica possit esse p̄p̄ositio geometrica z econtra querendū aut cōsimile idē in alijs scientijs specialibus. ¶ Respondetur qz aliqua est p̄p̄ositio geometrica que non est conclusiō geometrica l3 fit forte r̄clūsiō in alia scientia. vt de p̄cto ad p̄ctum contingit rectam lineaz ducere. per hanc enī geometra multa demonstrat. non tñ demonstratur in geometria. sed in naturali phia. s. in 6<sup>o</sup> phi. ¶ Aliqua autem est conclusiō geometrica que non est p̄p̄ositio geometrica in scientia geometricae. nec in aliqua alia. vt illa que demonstratur geometria per quā nihil demonstratur i geometria neq3 in alia scientia r̄. Aliqua vero est conclusiō geometrica q̄ est ppō geometrica non ḡdez in geometria: s3 in alia scientia. vt conclusiō demōstrata in geometria per

# Primus

quā nihil demonstratur in geometria sed in perspectua. Aliqua autem est cōclusio geometrica que ē propositio geometrica sic q̄ ipsa demonstratur in geometria et per ipsas aliqd demonstratur in geometria. vt omnis angulus extrinsecus trianguli equialet duobus oppositis intrinsicis. hec enim probatur in geometria p̄ lineā illam secantē eque distantē tertio lateri. et p̄bat tres angulos esse equales duobus rectis etiā in geometria.

**C** Et que secundum vnamquāque scientiā et que secundū ignorantia quālibet geometrice sūt.

**C** Et q̄ scdm̄ vnamquāqz. **C** Secunda questio ē de p̄missis. vtrum p̄positiones scdm̄ ignorantia geometrice sint geometrice censende. **P**ropositiones scdm̄ scientiaz geometrice sunt p̄positiones vere quibus intellectus assentit ex noticia terminorum aut ex discursu moroso vel impceptibili. vt omnes anguli recti sūt equales. nō p̄tingit parallelas currere. p̄positiones autē scdm̄ ignorantia geometrice sunt opposita hāz vt anguli recti sūt equales. linee parallele currunt. de talibus ergo que sūt scdm̄ ignorantia geometrice: querit̄ vtrū sint geometrice vel nō. Consimilis q̄ potest fieri de p̄positionibus scdm̄ ignorantia aliaz artū.

**C** Et vtrū secundū ignorantia sit quā ex oppositis syllogismus aut paralogismus.

**C** Tertia questio. vtrum syllogismus ignorantie sit syllogismus vel paralogismus. Syllogismus scdm̄ scientiaz est ille q̄ p̄cedit ex principijs vt omnes anguli recti sūt equales isti sūt anguli recti. igitur sūt equales. Syllogismus vero scdm̄ ignorantiaz est ille qui p̄cedit ex oppositis principiorum. vt omnes linee parallele cōcurrūt. a et b sūt linee parallele. g a et b cōcurrūt. et de tali syllogismo querit̄ vtrū sit verus syllogismus aut paralogismus.

**C** Scdm̄ geometriā aut̄ ex alia arte vt musica est interrogatio nō geometrica.

**C** Ad primā questionē respondet Aristot. q̄ alique vident̄ eē interrogaciones alicuius scientie que tñ non sūt interrogaciones illius scientie sicut cōclusiones musice videntur esse geometrice non tamen sūt geometrice. vbi intelligendū est q̄ alique videntur esse cōclusiones geometrice et sūt geometrice. vt sup̄ datā lineā p̄tingit triangulū eqlaterum collocare. omnis triāgulus habet tres angulos equales duobus rectis. et alique nō videntur geometrice et sūt geometrice. vt oculo videtur dextrū et sinistrū magnitudinis. Alique vident̄ geometrice et nō sūt geo. vt gnti toni ad q̄rtū ē p̄portio sexquiquarta. Alique non sūt geo. nec videntur geometrice. vt omne graue tēdit deorsum et omne leue sursum. Intendit ergo philosophus q̄ interrogacionū que videntur esse alicuius scientie alique sūt illius scientie: et alique nō. vt patuit de geometri. et idem pōt ostendi in phia natura. li. nā materia est potentia. et forma est actus. iste videntur eē phisice et nō sūt. sed metha. be autē materia est potētia ad formā generandā. forma est actus materie transmutabilis videntur esse phisice et nō sūt phisice. **C** Notandū p̄mo q̄ aliud est esse cōclusionē geometrice et aliud conclusionē geometricam. Nam ad hoc q̄ aliqua cōclusio sit geometrice ōz q̄ sit demonstrata in geometria per p̄ncipia p̄pria et p̄ p̄pos terminos geometrice. vt oīs triangulus habet tres angulos. Ad hoc aut̄ q̄ sit geometrica sufficit q̄ sit p̄ p̄ncipia geometrica. et sic omnis cōclusio p̄spectiue est geometrica. et omnis conclusio musice est arithmetica. **C** Scdm̄ notādū q̄ cōclusiones musice nō sūt geometrice. qz nō sūt p̄ p̄ncipia p̄pria geometrice. sed arithme. tā videntur geometrice p̄pter p̄ping tatem et affinitatē geo. cū arith. que quidem p̄pinquitas sumitur ex quatuor. **C** Primo ex parte subiecti remoti. qz quelibet earum est de quātitate: l̄z vna earum sit de quātitate cōtinua et alia de quātitate discreta. **C** Scdm̄ ex parte p̄ncipiorum cōiuz. nam quelibet earum vtitur bis p̄ncipijs. s. oē

totum ē maius sua parte. si ab equalibus equalia demas remanentia sūt equalia. l̄z geometra cōtrahat ad magnitudines et arithmeticas ad numerū. **C** Tertio ex parte terminorum. quia quelibet earum vtitur bis terminis. cubū. quadratum. circulare. sup̄ficiale. l̄z geo. p̄prie et arithmetice trāsumptiue. **C** Quarto ex parte tradentis et p̄tinētis. quoniam Euclides in eodē libro. s. 6. elencōz docuit et demonstrauit tā geo. q̄ arithmetica.

**C** De geometria parallelos subire opari geometrica quodāmodo ē et nō geometrica alio modo. dupliciter enim est hoc sicut arithmon: q̄ est sine ritmo. altera quidē non geometrica est in non habendo: altera vero in prauē habēdo et ignorantia huius que ex huiusmodi p̄cipijs p̄traria ē.

**C** Ad scdm̄ q̄onem r̄ndet p̄hs q̄ p̄p̄os̄tōes scdm̄ ignorantia geometrice sūt aliquo modo geometrice et aliquo modo nō geometrice. Unde qz subiectū et p̄dicatū sūt termini geometrici. quia materia p̄positionis. iō ille p̄p̄os̄tōes sūt geometrice scdm̄ materia. et quia cōpositio que est forma p̄positionis nō est geometrica. iō ille scdm̄ formā non sūt geometrice. et quia materia nō dat esse nisi scdm̄ qd. forma aut̄ simplr. iō a forma sumēda est absolute et simplr demonstratio. p̄pter quā cām tales p̄p̄os̄tōes sūt cēfende nō geometrice. Unde sicut arithmon vox dicitur sine cōsonātia aut qz nullā h̄z cōsonātiā aut qz habet prauā. ita aliqua p̄positio dicit̄ nō geometrica aut qz non cōponitur ex terminis geometricis aut qz prauē p̄ponitur ex illis. **C** Notandū q̄ sicut eadē materia numero recipit diuersas formas successiue quaz aliqua est cōueniēs et aliqua discōueniēs: ita idē termini recipiunt diuersas cōp̄ositiones successiue quaz aliqua est cōueniēs. s. que facit p̄p̄os̄tōem verā. et aliqua discōueniēs que facit p̄p̄os̄tōem falsā. et sicut monstrū est humanū rōne materie et est nō humanū rōne forme. quia monstruositas est discōueniens forme humane. ita opposita p̄ncipiorum geometrice sūt p̄positiones geo. scdm̄ mām et nō scdm̄ formā. vt linee parallele currūt. anguli recti sūt equales. termini enim sūt geometrici. sed cōpositio nō est geometrica cum opponatur compositioni geometrice.

**C** In doctrinis autē non est paralogismus. similiter sic in dialogis eo q̄ mediū sit semp̄ dupliciter: et de hoc enim omni. et hoc iterum dicit̄ de alio omni. q̄ at̄ pater non dicitur omne.

**C** Ad tertiā q̄onem r̄ndet p̄hs q̄ in sciētys demonstratiuis syllogismus qui est scdm̄ ignorantia nō est paralogismus. quia licet peccet in materia non tamen in forma eo q̄ ē in modo et in figura. cum arguat̄ ex tribus terminis solū bis añ conclusionē cui debet addi signū v̄le in prima figura et nō maiori extremitati. vt dicendo omnis homo est aīal. et nō dicēdo homo ē omne aīal. et rō quia subiectū se habet vt materia et p̄dicatū vt forma. cū ergo forma sit per se indiuisibilis materia autem diuisibilis rōne cuius diuidit̄ forma. iō signum vniuersale dicens diuisionē debet addi subiecto et nō p̄dicato quod ē maior extremitas. **C** Notādū p̄mo q̄ syllogismo rum quidā peccant in forma et in materia. In forma quidē quia non regulant̄ in modo et in figura. In materia autē quia altera p̄missarū est falsa. vt omnis homo est animal. nullū risibile est homo. ḡ nullum risibile est aīal. **C** Quidā autē nec in materia nec in i forma peccant quia regulantur i modo et in figura. et vtraqz p̄missarum est vera. vt omnis homo est animal. omne risibile est homo. ergo omne risibile ē animal. **C** Quidam autem peccāt in forma et non in materia. s. quia non bene regulantur in modo et in figura. tñ quelibet p̄missarū est vera. vt omnis homo ē animal. nullus lapis est homo. ergo nullus homo est animal. **C** Quidam autē peccant in materia et in forma. qz bene regulantur. sed vna

## Posteriorum

immediate immediatōe subiecti de qualibet sua spē spālissima.  
vt patuit in p̄ hui<sup>o</sup>. q̄ sicut hec est immediata. homo ē animal.  
ita et hec. asinus ē aīal. equus est aīal: et sic de singulis. igitur  
iter aīal et quācūq̄ suā spēm spālissimā nō mediat aliqd gen<sup>o</sup>  
subalternū. et per sequens non diuidit̄ aīal in bipes et q̄dru-  
pes tanq̄ in genera subalterna. neq̄ in brutū et hoīem tanq̄  
in genus subalternū et spēs spālissima. C Tertio arguit̄ q̄ nō  
solū simplicia sūt p̄ncipia oīūz diffōnū imo cōposita q̄ vt di-  
cētū est gen<sup>o</sup> et dōia sūt p̄n<sup>o</sup> oīum diffōnū: mō gen<sup>o</sup> est cōpositū  
ex actu et potētia aliter nō eēt p̄ se i pdicamēto cū ens descen-  
dat in decē pdicamēta p̄ actū et potētiā. s̄z meta. et dōia dicit̄  
aliquā cōpositionē. q̄ cuz nō dicat potētiā tñ ex quo est act<sup>o</sup>  
generis: nec actū tantū: q̄ tunc esset actus purissimus. et cōse-  
quenter deus oportet necessario. q̄ cōponatur ex actu et po-  
tētia. C Quarto arguit̄ q̄ ea que insunt simplicib<sup>o</sup> nō insunt  
illis per se sed p̄ aliud. q̄ risibile inest animali per aliud. s. per  
hominē. et habere tres angulos equales duob<sup>o</sup> rectis cōpetit  
figure p̄ aliud. s. p̄ triangulū fm p̄m et hui<sup>o</sup>. vñ habere tres  
angulos eq̄les duob<sup>o</sup> rectis cōpetit figure p̄ aliud subm. v̄z. p̄  
triangulū et p̄ aliā cām. s. p̄ lineā. C Ad p̄mū dicit̄ q̄ spēs ac-  
cidentalis nō cōnotans subm suum diffinitur per gen<sup>o</sup> et dif-  
ferentiā eiusdem pdicamenti: vt linea et superficies: al-  
bedo et nigredo. species autē accidentalis connotans subie-  
ctum suum diffinitur per genus eiusdem pdicamenti: et dif-  
ferentiā alterius pdicamenti que quidem differentia non  
est nisi subiectū suū vel aliquid importatū per subiectū suū  
vt simitas et crispitudo. genus enim vtriusq̄ est forma vel fi-  
gura quarte speciei qualitatis. differentie autem essentialē  
sunt nāsus et caput. quia igitur circulus et triangulus conno-  
tant subiectum suum. scilicet lineam. ideo diffiniuntur per  
genus eiusdem pdicamenti. s. p̄ figuras: et per dōiam alterius pdi-

## Posterioꝝ

ament. v3. per lineā. centrū autē et circūferētia nō significāt in recto nisi punctū et lineā. et qz cōnotant cōtinentiā actiuas et passiua. qz circūferētia cōtinet et centrū cōtinetur. iō centrū et circūferētia sūt pdicamēti relationis. s3 sua absoluta sint pdicamēti q̄tatis. ¶ Deinde ad argumentū de linea recta et angulo recto dicitur q̄ sicut bō alb⁹ nō est spēs p se alicui⁹ pdicamenti. sed p accēs pdicamēti sube rōne substantiui. et pdicamenti q̄tatis rōne adiectiui. ita linea recta est p accidens spēs pdicamēti q̄tatis et q̄tatis. et qz spēs p accēs p̄supponit spēm p se. qz partes sunt priores toto p̄phy. iō sicut homo albus diffinit p hominē. ita linea recta p lineā et angulus rectus p angulū. et p̄ter cēdat q̄ spēs p accēs diffinit p spēs spālissimā. sed illud non est p̄b̄m. qz ipse loquit̄ hic de eo qd diffinitur hic per se et nō p accēs. ea enī que sunt p accēs sunt relinquenda in scia speculatiua. inquit p̄hs. 5<sup>o</sup> p̄hy. ¶ Ad 2<sup>o</sup> d̄ fm Egi. q̄ aīal dupl̄r diuiditur. s. p partes subiectiuas. et p d̄rias cēntiales. P̄mo mō facit pdicationē immediatā cum q̄libet sua spē spālissimā. Sed scōo mō nō facit pdicationē immediatā nisi cū spē bois. et p̄ter h3 dicere q̄ inter aīal et boīminē aliquo mō est genus subalternū et aliquo mō nō. si aīal diuiditur p bipes et quadrupes. cu3 oīs homo sit bipes et non ecōtra. isto modo datur gen⁹ subalternū mediū. si aut diuiditur aīal p rōnale et irrōnale aut p brutū et hominē. aut p hoīez equū et alias spēs aīalis. sic nō dat gen⁹ subalternū mediū iter aīal et aliā spēm ei. ¶ Ista r̄sio est cōmūnis sed difficilis qz tūc tanta esset quasi multitudo genēz subalternoz quot essent spēs spālissime illius: quia isto mō o3 brutum iterū diuidi in d̄rias duas cēntiales. et sequēter vsque quo deuenietur ad vnū gen⁹ subalternū qd nō predicatur de duab⁹ spēs. ¶ P̄terea sequitur q̄ sub genere figure sunt infinita genera subalterna. et sicut sub genere numeri. qm diuidendo numerū per par et impar aut p d̄rias essentielles cōrūdētes his statim resultant duo genera subalterna quoz vnū dicitur de omnib⁹ numeris parib⁹. et reliquū d̄ oibus numeris imparib⁹. et cum infinite sint spēs tā numeroz parū q̄ imparū oportebit ista duo ḡna in infinitū diuidere et inue p genera minoris cōitatis ex quo oīs diuisio stat tr̄h ex oib⁹ mēbris. ¶ Deinde cū particule diffōnis ponēde sunt in diffōne fm ordinē essentialē predicamentale sic q̄ nulla diuisio relinquat iter genus et spēm diffinibile sequit̄ aliā spēm aīalis diffiniri p innumerabiles d̄rias: sic et ipse spēs quodā mō innumerabiles sunt et nullā spēs numeri aut figure p tot d̄rias diffiniri qn p plures in infinitū aliqua alia diffinibilis fit ex quo sūt simplr infinite spēs numeroz ac figuraz. et sequēter sequit̄ q̄ aliqua sūt ḡna que nō possūt euacuari p diuisione. s. numerus. et figura q̄ oia sunt absurda. ¶ Dicēdūz igit q̄ inter aīal et suas spēs spālissimas nō est aliud genus mediū sicut neqz inter figurā et suas spēs. aut iter nūez binariū aut quaternariū. et si brutū aut bestia. aut bipes aut quadrupes dicitur esse genus hoc est fm famositate et nō fm veritate eo mō quo triāgulus d̄ esse gen⁹ et ysochēle equilaterū et gradatum esse spēs. qd tr̄h est falsum: vt declarauit in p̄b̄m. et si brutū vel bestia vel bipes aut quadrupes pdicatur de plurib⁹ differentib⁹ spēs. non tr̄h est gen⁹. qz nullū illoz pdicatur in qd. ¶ Sed forte arguitur sic. d̄ria adueniēs generi cōstituit spēm. igit sicut ex aīali et rōnali fit aliq̄ spēs ita ex aīali et irrōnali. sed non fit species spālissima. qz talis diffō pdicat̄ de pl̄bus differentib⁹ spēs. igit fit spēs subalterna. R̄ndet̄ q̄ si aliq̄ gen⁹ diuidit̄ per d̄rias indiuisibiles quelibet eaz adueniēs generi cōstituit spēs. et si diuiditur p d̄rias diuisibiles tū quelibet eaz adueniēs ḡni cōstituit spēm. vt corp⁹ aīatū qd nō diuidit̄ nisi p sensitivum et insensitivū que quidē d̄rie adueniēs ḡni cōstituit animal et plantā: que sūt spēs subalterne: si aut aliq̄ gen⁹ diuidit̄ per duas d̄rias quaz vnā sit indiuisibilis et altera diuisibilis. d̄ria indiuisibilis adueniēs ḡni cōstituit spēm. d̄ria aut diuisibilis op̄posita illi nō cōstituit spēs neqz diffōnez. sed immediate diuidit̄ in alias d̄rias indiuisibiles cōstituentes spēs et diffōnes spērū. Verbi gr̄a. figura diuidit̄ immediate p b̄re angulū et carere an-

gulo. vt colligit̄ de mente p̄hi. et d̄men. p̄phy. quaz d̄riarum vnā est indiuisibilis. s. carere angulo. qz nō competit nisi vni speciei spālissime. v3. circulo. alia autē ē diuisibilis. s. b̄re angulū. et illa immediate absqz cōstitutiōe spēs vel diffōnis diuidit̄ in infinitas d̄rias cōstituentes in infinitas spēs figuraz. Sicut numerus licet diuidat̄ p d̄rias diuisibiles que sūt par et impar. tū qz diuiditur p alias d̄rias quaz vnā est indiuisibilis et alia diuisibilis. si h3 sub se gen⁹ qd sit ipse cōstituta p d̄rias diuisibiles diuidit̄. n. numerus p nūez simplicē et cōpositū intelligēdo p nūez simplicē illū q nō cōponit̄ ex aliquo nūero. et p nūez cōpositū illū q cōponit̄ ex nūero. ¶ Consīl̄ dicat̄ de aīali q̄ licet diuidat̄ p bipes et q̄drupes aut p alias d̄rias diuisibiles cōrūdētes his: tū nō h3 gen⁹ sub se cōstitutū p aliquā istarū d̄riaz. qz h3 aliā diuisione magis p̄pā et cēntiale sibi q̄ diuiditur p rōnale et irrōnale. q̄rū p̄ est indiuisibilis cū nō p̄tat̄ nisi hoī. alia vō est diuisibilis. qz cōpetit̄ pl̄b⁹ spēs aīaliū. iō talis aut bipes aut q̄drupes nō cōstituit gen⁹ nec spēm nec diffinitionē. sed immediate descēdit i alias spēs p d̄rias indiuisibiles eo quo act⁹ et potētia adueniēs enti nō cōstituit genus neqz spēm neqz diffōne. sed immediate diuidunt̄ p actū subalē et accēntale. p potētiā accēntale et subalē descēdēdo i decē genēralissima decē pdicamētoz. ¶ Ad 3<sup>o</sup> d̄r q̄ sic ela dicitur cōrpora simplicia simplicitate opposita cōpositiōni ex mā et forma nō obstatē q̄ cōponant̄ ex mā et for⁹: et ipa mā et forma dicitur simplicia simplicitate opposita cōponi ex mā et for⁹ nō obstatē q̄ cōponant̄ ex p̄tib⁹ integralib⁹. ita gen⁹ et d̄ria sunt p̄ncipia simplicia simplicitate opposita cōponi ex ḡne et d̄ria nō obstatē q̄ gen⁹ cōponat̄ ex actu et p̄o. et d̄ria ex esse et cēntia p̄pterea gen⁹ nō est mā cū includit̄ cēntialiter actū et potētiā. d̄ria aut et si nō sit nisi act⁹: nō tr̄h ē actus purissim⁹. qz admiscetur potētie ḡni. ¶ Ad 4<sup>o</sup> d̄r q̄ illud qd conuenit ḡni tanqz diuisiū illi aut faciēs vnū cū eo cōpetit̄ ei nō p aliud. mō r̄sibile nō est diuisiū aīalis neqz faciēs vnū cū eo. s3 fac vnū cū hoīe. iō aīali cōpetit̄ rōne hoīs simplr. h̄re tres angulos eq̄les puob⁹ rectis nō est diuisiū figure neqz faciēs vnū cū ea. sed cū triāgulo. iō nec figure nec alteri cōpetit̄ nisi rōne triāguli. rōnale at̄ et irrōnale faciūt vnū cū aīali aut diuidunt̄ ips. iō talia cōpetit̄ aīali p se et nō per aliud. sic. n. a linea fluūt due passiōes opposite. s. rectū et curuū. et a nūero due alie. v3. paritas et imparitas: ita a quolibet genere fluūt due d̄rie essentielles opposite: vt ab aīato corp̄e sensitivū et insensitivū. et ab aīali rōnale et irrōnale. sic ergo rectū et curuū cōpetit̄ linee p se et nō per aliud. et paritas et imparitas cōpetit̄ numero. per se et nō per aliud. ita rōnale et irrōnale cōpetit̄ aīali p se et non per aliud: sicut ergo forma nālis cōpetit̄ materie tanqz subo et cōposito tanqz toti. ita d̄ria cōpetit̄ ḡni tanqz subo. et spēs tāqz toti ita q̄ ē act⁹ generis. et pars spēs. p̄pterea d̄ria p se cōpetit̄ tā ḡni q̄ spēs. sed nō eodē mō. Et si ex his cēdit irrōnale: bipes aut q̄drupes: vel alia d̄ria loco istaz ponēda facere vnū cū ḡne aut cōstituire spēm illud nō est intelligendū cōplete et in actu. sed incōplete et in potentia eo mō quo forme subales elementozum faciunt vnū cum materia. et cōstituit vnū in specie in generatione mixtoꝝ.



**S**ed diffōnes que sūt fm d̄rias vtilēs sunt in id q̄ sic adeam⁹. sicut tamen demonstrant dictū ē in priorib⁹. vtilēs aut sunt vtiqz sic solū ad colligendū qd qd est: et etiā videt̄ vtiqz nihil sed moꝝ vtiqz accipe omnia tanqz si ex p̄ncipio acceperit aliquis sine diuisione.

¶ Istud est scōm caplm̄ hui⁹ tractatus in quo Aris. postq̄ dedit artem inuestigandi diffōnem subiecti dat modū p̄cedēdi in arte illa per quat̄ tuoz conclusiones. quarum prima est ista ad diffinitionem inuestigandā vtilis est diuisio nō illatiue sed collectiue. ¶ Secūda conclusio. particule diffinitionis ponēde sunt in diffinitione fm essentialē ordinē pdicamen-

## Secundus

talem. ibi. Differt aut. Tertia deo. diffinitio non scitur p  
diffone si relinquit aliq diuisione inter gen<sup>o</sup> & spem diffinibile.  
ibi. Amplius nihil. Quarta deo. in diffone sunt accipienda  
pdicantia in qd fm magis & minus comune euacuantia tota  
nas diffinitio. ibi. Ad pbandu aut. Prima deo arguit. & p  
quo ad pma pre. q ad diffone inuestiganda no est utilis di  
uissio illatiue. qm si diffinitio p diuisione illatiue coluditur.  
aut igit p discursum syllogisticu. aut p discursum entimema  
ticu destructiuu. non pmu. qz p tale syllogismu no pbat inte  
rum cu non plus includatur diffinitio alicui<sup>o</sup> qz suu oppositu  
vt oe aial est aial ronale vel aial irronale. sed ois ho est aial:  
igitur ois homo est aial ronale vfaial irronale. hic cluditur  
totu illud distuctu: & nulla eius pars. non etiā z<sup>o</sup>. qz p talem  
discursu comittitur fallacia petitionis pncipy. vt ois homo  
est aial ronale vel aial irronale. sed nihil qd est homo e aial  
irronale. igitur ois homo est aial ronale. assumit eni i minoz  
qd oz pbari. & ita no hf plus diffinitio hominis qz in pncipio.  
Secda pars deonis declaratur. v3. q ad diffone inuestiga  
da est utilis collectiue diuissio. na babita spe & habito genere  
eiusde alicui<sup>o</sup> pdicameti diuidat illud gen<sup>o</sup> p drias vsquequo  
deueniat ad drias pnam copotentē illi & non alteri. q babita  
aggregat generi. & habebit diffō spei signate. vbi gra. cognito  
q homo et suba sūt eiusde pdicameti: diuidat suba p corpo  
reū & incorporeū. & intellecto ad sensū qd ho no est incorporeus:  
diuidat corporeū p aiatur & inaiatur. & qm sensu & motu distin  
guitur aiatur ab inaiato: optime cognosceat boies eē corp<sup>o</sup> aia  
rum. & qz no oe corpus aiatur est ho. itez oz diuidere aiatur p  
sensitiuū & insensitiuū formādo duo gna. f. aial & plantā p ag  
gregationē illaz drias ad suū gen<sup>o</sup>. & cognito qd ho no ē pla  
ta sed aial qz sentit: oz subsequenter aial diuidere p ronale &  
irronale. deinde aggregare illā drias ronale illi gni animal &  
habebit diffō hois p h q ois ho est aial ronale & eōtra. diffi  
nitio g inuestigat p viā opōnis & diuisionis sic q diuissio semp  
pcedit opōnē. pmo eni diuidit gen<sup>o</sup>. deinde cū gne sit opō  
drie. & hf diffō. Notandū q nihil p se est i pdicameto sube  
nisi p se existēs vel pars p se existētis cū h sit pprū illi pdica  
mento. id diuiso aial p pennatū & nō pēnatū. aut p risibile &  
hinnibile. aut p aliqs tales drias uertibiles cū spē diffinibi  
li videat si he drie vltime sunt p se exites: vel pres eēntiales  
p se existentiū aut nō. si fictū addant generi & fiet diffō iue  
stiganda. si aut nō sūt pres oio dimittat. qz p aggregationem  
illaz ad gen<sup>o</sup> fierēt diffōnes accēntales & nō eēntiales. iste nāqz  
sūt diffōnes accēntales animal risibile vlf hinnibile cū risibili  
tas & hinnibilitas sint accēntia & nō sube. Ex pdictis sequit  
q bipes & quadrupes. pēnatū & sine pēnis. gressibile & repti  
bile seu volatile & natabile nō possunt stituere aliquā diffō  
nē essentialē pdicameti sube cū nō sint nisi ppetates acciden  
tales generū & sperū pdicameti sube. aliqñ tñ ponūt i diffi  
nitionibus essentialib<sup>o</sup> subaz ppter carentiā terminoz cōpe  
tētiū differentys eēntialib<sup>o</sup> pdicamenti sube. ita ēr paritas &  
imparitas cū sint ppe passiones numeri sicut rectū & curuuz  
linee nō stituūt nisi diffōnes accēntales. licet interdū acci  
pantur tanqz pprie & eēntiales drie ppter: carentiā pporuz  
nominū. Sed dubitat. qm longitudo ē ppria passio linee.  
& latitudo supficiē. & pfunditas corpis. & n Arist. in pdicamē  
tis. in caplo de qritate. diffinit lineā p longitudinē. & supficiē  
p latitudinē. & corp<sup>o</sup> p pfunditatē assignādo illas diffōnes nō  
tanqz accēntales: sed eēntiales. alioqn nō verificarent de suis  
diffinitis. sicut nulla ppria passio verificatur in abstracto de  
suo subo. R. idetur q libet illaz diffōnū ē accēntales. linea  
est longitudo sine latitudine & pfunditate cui<sup>o</sup> extrema sunt  
duo pūcta. supficiēs ē latitudo sine pfunditate cui<sup>o</sup> extrema  
sunt due linee. corp<sup>o</sup> est pfunditas cui<sup>o</sup> extrema sūt due supfi  
cies. sed sumūt i loco illoz. linea ē qritas continua cui<sup>o</sup> extre  
ma sunt duo puncta. supficiēs est qritas continua cui<sup>o</sup> extrema  
sunt due linee. corp<sup>o</sup> est qritas continua cuius extrema sūt due  
supficiēs. & inter cecdo q nulla illaz diffōnū que datur per  
pprias passiones vificat in recto de diffinito suo. s3 intelligē

de sunt in obliquo isto mō. linea est qritas continua in q ē lon  
gitudō tñ. supficiēs est qritas continua in qua est latitudo sine  
pfunditate. corpus est qritas continua in qua est pfunditas  
terminata superficibus.

Differt aut aliqō pdictoz p<sup>o</sup> & posteri<sup>o</sup> pdica  
ri: vt est dicere aial mansuetū bipes. & qm bipes  
aut aial māfuetū. & iterū ex hoc & dria est hō aut  
qōlibet eē. An sic necesse est diuidēter repetere.

Secda deo. particule diffōnis ponēde sunt in diffōne p3 eēn  
tialē ordinē pdicamentale. ita q pponat gen<sup>o</sup>. deinde diffe  
rentia cōmuniō. cōsequenter vero differentia specialior. bñ  
enim dicitur animal mansuetū bipes. sed nō bene dicit aial  
bipes mansuetū. quod Arist. sic declarat. omne cōposituz ex  
duobus: est ex vno tanqz ex potentia: & ex alio tanqz ex actu  
illius potentie. sed animal mansuetum est ex duobus cōpo  
situm: ergo est ex vno. f. ex animali tanqz ex potentia cum sit  
genus: & ex alio tanqz ex actu ipsius. f. mansuetū cum sit diffe  
rentia eiusdem patet cōsequētia cum minoz. maior vero ē  
clara. quoniā ex duobus existentibus in actu: vel ex duobus  
existentibus in potentia non fit aliquod vnū. oportet enim  
semper q vnū sit in actu: & reliquum in potentia. deinde arg.  
sic sub eadem maiori. homo est aliquod vnū cōposituz ex  
animali mansuetū & bipede. igitur vnum eozū se habet vt po  
tentia: videlicet animal mansuetum: & reliquum sicut actus  
illius. f. bipes. tunc sic: mansuetum est actus immediatus ani  
malis. & bipes ē act<sup>o</sup> immediatus māfueti. igit māfuetū oz addi  
immediate animali: & bipes immediate māfuetū. patet cōsequē  
tia ex quo modi intelligendi sunt a modis essendi. 5<sup>o</sup> metha.  
Intellectus debet formare diffinitionis particulas fm q re  
perit in re. Notādum q ex genere & differentia cōmuniō  
ri fit genus propinquū quibus si additur differentia minus  
cōmuni fit genus ppinquus vsquequo accipiat differentia  
ppria constituens speciem: vt si animal habeat differentia sub se  
iuxta opinionē cōmunes: & diuidatur per domesticū siue mā  
fuetum & indomitum: & iterum animal mansuetum p bipes  
& non bipes: totum hoc animal mansuetū habet rationēz ge  
neris. si enim sciremus nomen illius generis: ponerem ipm.  
sed quia innominatum est circuloquimur ipsum per animal  
mansuetum. deinde si bipes non est propria differentia: & to  
tum hoc animal mansuetum bipes non conuertitur cum ho  
mine: totum hoc se habet vt genus donec veniatur ad diffe  
rentiam propriam que cum omnibus acceptis constituit spe  
ciem. pmo igitur ponitur differentia communis. & deinde  
specialis. quia econtra nihil constituitur ex tali ordine. vnde  
ex genere remoto & differentia speciali nihil constituitur cuz  
non sit proprius actus illius potentie. sed ex genere propin  
quo & differentia propria bene constituitur species. quia est  
ppri<sup>o</sup> act<sup>o</sup> eius. pponendo enim differentia speciale & post  
ponendo cōmuniem non constituitur genus propinquus. nec  
species nec diffinitio. sicut enim ponendo formaliter elemē  
ta: in mixto forme elementozū sunt actus immediati mate  
rie prime. & forma mixti est actus immediatus cōpositi po  
tentialis ex prima materia & formis elementozū. ita differē  
tia communis est actus immediatus generis remoti. & diffe  
rentia propria est actus immediatus cōpositi ex genere re  
moto & differentia communi. debet igitur dici animal man  
fuetum bipes & non animal bipes mansuetum. nec mansue  
tum bipes animal.

Ampli<sup>o</sup> ad nihil relinquēdū in eo q quid est sic  
solūmō ptingit. cuz eni primū accipiat genus si  
quidē inferiorū aliquā diuisionē accipiat: nō incl  
det eē i hoc: vt nō oe aial aut totū pēnatū est: aut  
diuisum pennis. s3 pennatū aial est oe. hui<sup>o</sup> enim  
dria hec est. pria at dria est aialis i quā oe aial ici  
dit. Sili at ē & i vnoquoqz aliorū: & i his q extra

## Posterioꝝ

genus ⁊ que sub ipsis sunt: vt in aue in qua est omnis auis. ⁊ pisce in quo ē omnis piscis. sic quidem igitur ambulans est quid est scire quando nihil relictus est. aliter autem relinquere necesse est ⁊ non scire.

**T**ertia dicitur diffinitio non scitur per diffinitionem si relinquatur aliquid diuisio inter genus ⁊ species diffinibile. per quod diffinitio essentialis nulla relinquitur diuisio inter genus ⁊ species diffinibile. quod si aliquam relinqueret aut non uerteretur cum diffinito aut diuisio posita in diffinitione non esset actus proprius generis. quod est falsum. ubi. g. si animal diuidatur per totum pennatum ⁊ diuisum penis non est utilis hec diuisio ad sciendum diffinitionem per diffinitionem. quod animal non euacuat per illam diuisiōem cum aliquid sit animal quod non est totum pennatum nec diuisum penis. per totum pennatum intelligitur. per animal habens solum unam penam in alia. vt est vesperilio. ⁊ per diuisum penis intelligitur habens plures penas in alia. animal quod diuiditur in gressibile ⁊ pennatum. deinde pennatum diuiditur in totum pennatum ⁊ diuisum penis. genus ergo diuisum per diuisas generis inferioris est male diuisum quod non uertitur cum diuidetur diffinitum superius. **N**otandum est per philosophum quod hec regula. scilicet tunc diuisio est bona quando euacuat genus per diuisiōem: non solum intelligitur de differentiis animalis: sed et de differentiis quod sunt ex genere animalis ⁊ infra genus animalis. si enim diuisio lapidis: quod non sit alius lapis de quo non dicatur altera diuisio. ⁊ si diuisio animalis: quod non sit aliquid animalis de quo non dicatur altera differentia. similiter non diuiditur piscis si de aliquo pisce non verificatur altera diuisio. lapis autem est ex genere animalis. sed auis ⁊ piscis sunt infra genus animalis. ⁊ vt supra dictum est auis ⁊ piscis non sunt genera secundum veritatem: sed tamen sunt famositate. ⁊ hec exemplariter ponuntur de animalibus. quod talia sunt nobis magis nota. ens enim diuiditur in substantias ⁊ accidens. tamen accidens non est genus non obstante quod suba sit genus: ⁊ accidens diuidatur in absolutum ⁊ respectiuum quorum nullus est genus. ita diuiditur animal per boies ⁊ bestias. aut per aues pisces ⁊ terrestres animalia: tamen nullum illorum est genus cum eis deficiat predicari in quod dicitur philosophus per species. si enim queritur quod est B. nunquam respondeatur auis aut piscis aut terrestre animal propter connotare extrinsecam. sed bene quod est homo vel equus aut animal. In modo tamen loqui hic de animalibus ac si haberet genus subalterum non secundum veritatem iuxta doctrinam Aristotelis. que melius exprimitur exemplificatione de animalibus ⁊ de differentiis eius quod de aliquo alio genere.

**N**ihil autem est diuisibile ⁊ diuidetur omnia scire que sunt: ⁊ tamen impossibile quidam dicit esse differentias cognoscere que sunt ad unum quodque: non cognoscere unum quodque sine differentiis non esse unum quodque scire: a quo non differt idem esse huic a quo aut differt alterum ab hoc.

**E**x predictis Aristotelis. excludit duos errores. quorum primus erat quod non dicitur diffinitionem aliquid scire per diffinitionem alioquin quibus diffinitionem per diffinitionem dingeret omnia scire: quod ipsi arguebat sic. ipse est aliquid scire per diffinitionem nisi cognoscant omnes diuisas eius ad omnia alia. sed non dicitur cognoscere diuisas alicuius ad omnia alia nisi omnia cognoscant. igitur impossibile est aliquid scire per diffinitionem nisi omnia alia sciant ⁊ cognoscant. per diuisas cum maiori eo quod nullus scit diuidere aliquid nisi cognoscant omnes diuisas diuisas illius. minor vero declarat ex eo quod non dicitur cognoscere diuisas inter aliquid duo nisi utrumque illorum cognoscatur vt habetur 2<sup>o</sup> de anima. capitulo de sensu.

**P**rimum quidem igitur hoc factum est. non enim secundum omnium differentiam alterum est. multe enim sunt diuisas eiusdem species: sed non secundum omnem substantiam neque per se.

**H**ic error est per philosophum dupliciter excluditur. per negationem maiorem declarando ipsam non esse veram. vbi. impossibile est aliquid scire per diffinitionem nisi cognoscant omnes diuisas eius ad omnia alia. quoniam per diffinitionem dicitur habere sciam de aliquid species. de boie vel de equo. nec tamen propter hoc cognoscant omnes diuisas illi ad omnia alia. quoniam talis species habet diuisas essentielles ⁊ per se. ac et diuisas accidentales ⁊ per accidens. modo tamen si per diffinitionem cognoscitur aliquid species non est diuisas illi cognoscere. scilicet diuisas quod non sunt essentielles nec per se. **N**otandum quod quadruplex solet assu-

gnari diffinitio quod appetit multipliciter diuisas per philosophum. vbi. quare per philosophum est ista quod diuisas quod dicitur essentialis ⁊ quedam accidentalis. diuisas essentialis est illa quod est diuisiua generis ⁊ constitutiua species vt sensitiuum ⁊ rationale. diuisas accidentalis est illa quod fluit a principis species vt idiuidui vt risibilitas ⁊ similitas. **S**ecunda diffinitio quod duplex est diuisas accidentalis. scilicet per philosophum ⁊ cōis. diuisas per philosophum accidentalis est illa que circūcernet subm suam vt risibilitas ⁊ similitas. diuisas autem accidentalis cōis est illa que non circūcernet subm suam vt albedo ⁊ nigredo. **T**ertia diffinitio est illa quod duplex est diuisas per philosophum accidentalis. scilicet uertibilis ⁊ non uertibilis. diuisas per philosophum accidentalis uertibilis est illa quod fluit a principis species: vt risibile ⁊ disciplina bile. diuisas per philosophum accidentalis non uertibilis est illa quod fluit a principis indiuidui: vt similitas ⁊ crispitudo. **Q**uarta diffinitio quod duplex est diuisas accidentalis cōis. scilicet separabilis ⁊ inseparabilis. diuisas accidentalis cōis separabilis est illa quod potest corrumpi sine suo subiecto vt albedo cigni: ⁊ nigredo corui. **D**icendum igitur quod ad B vt aliquid sciat per diuisiōem ne non est cognoscere omnes diuisas illi. quod si cognoscunt omnes diuisas essentielles ⁊ per se primi modi tamen per philosophum remote: non tamen cognoscunt omnes diuisas accidentales. quod non propter neque communes nec separabiles nec inseparabiles.

**P**ostea enim accipiatur opposita ⁊ secundum diuisam ⁊ cuius omne incidit hinc aut inde ⁊ accipiat in altero ⁊ quare eē ⁊ hoc cognoscit. nihil enim differt scire aut nescire in quibuslibet predicatur de alijs dicere. **M**anifestum est. n. quoniam si sic vadens veniat in hoc: quorum non amplius est differentia habebit rationem substantie.

**S**ecundo eundem errorem excludit per philosophum dicitur negando minores declarando eam non esse veram. scilicet non dicitur cognoscere diuisas alicuius ad omnia alia nisi omnia cognoscant. quod si fiat diuisio per diuisas oppositas ⁊ imediatas: ⁊ accipitur diuisas vna diuisas cum diuisio ad cognoscendum diffinitionem ⁊ diffinitio: non est per philosophum cognoscere illa quod est alia diuisas opposita. ⁊ tamen diffinitio accipit diffinitionem per diuisiōem veniens ad uertibilem cum diffinito. ubi. g. diffinitio boies: si diuisas accipitur: quod diuisas datur animal quod diuisio fecit rationale copulatum est animalis. ⁊ habetur diffinitio boies. neque ex B est cognoscere omnia ea quod inest diuisas opposita. scilicet rationale. sed sufficit cognoscere illam diuisam. **N**otandum secundum philosophum. quod diffinitio scit omnia dupliciter. scilicet per philosophum negative. ⁊ per philosophum positive. per philosophum negative. quod sciendo boies eē animal rationale scit nihil eē boies quod non est animal rationale. **S**ecundo per philosophum positive eo quod sciens tale diffinitionem scit diuidere genus per rationale ⁊ irrationale. ⁊ dicitur scit omnia irrationabilia contineri sub animalibus. ⁊ eē quod est irrationale vel non differre a rationabili. ⁊ sic non solum species animalis imo vt omnia scire per philosophum inconfuse. **E**t quod ex B notabili non habet expressum ratio ad euidentiam antiquorum dicentium vna cum philosopho quod non cognoscit diuisas inter aliquid duo nisi quodlibet illorum cognoscatur loquendo de cognitione distincta. id est quod est duplex diuisas. vbi. cōis ⁊ singularis. si cognoscit diuisas singularis inter aliquid duo est quodlibet illorum distincte cognoscit. ⁊ B intellexit Aristoteles. 2<sup>o</sup> de anima. capitulo de sensu cōis. si vero cognoscit diuisas cōis: non est utrumque illorum distincte cognoscere. sed sufficit quod per philosophum. illi autem credebatur omnia distincte cognoscit si cognoscatur diuisas communes alicuius generis quod non est verum.

**O**mne autem incidere in diuisiōem si sint opposita quibus nihil inter rest non est repetitio. necesse enim est in altero iporum eē: si quod illi differentia est.

**S**ecundo error fuit quorundam dicitur quod diuides aliquid genus est supponere ante diuisiōem genus euacuari per sua diuisiōem ita quod nihil contineatur sub genere de quo non dicatur alterum membrum diuisiōem. **I**stus error est excludit per philosophum dicitur. illud supponere cum sit per se manifestum. diuisio enim per opposita est per se nota. ideo frustra supponitur. dixit enim per philosophum primo huius ponens diuisam inter dignitatem suppositionem ⁊ peritioem quod dignitas est propositio intelligibilis propter se absque ratione exteriori in solo lumine intellectus agentis. suppositio

tio aut est ppo demonstrabilis no demonstrata sed accepta adisceti. et petio e ppo demonstrabilis no demonstrata indif ferens adisceti. cu igit diuisio generis sit p dictionia vel per imediata ad dictionia inter q no dat mediu. id talis diuisio reducitur ad dignitate q est simplr p se nota. et nullo demostri bilis. id diuidentia aliqb gen nemo dz petere vel supponere cu illa diuisiucim sue roni dictionis sint indemonstrabilia

**C**loradu fm psm q dñe euacuantes aliqb gen debet hre duas ditiones. pma dicitio q sint opposite. si eni diuiditur aial p gressibile et reptile. aut p gressibile et volatile n euacua tur gen. no obstate q qlibet eaz possit esse dña aialis. qz no snt dñe opposite. Scda dicitio q sint dñe imediate generis. ideo diuisum penis et no diuisu pennis. vel totu penatu et no totu penatu. no euacuat totu gen aialis. qz no snt dñe ime diate aialis: sed penati: qd est gen inferius ad animal semp loquendo fm famositate.

**C**Ad pbandū autem terminum per diuisionem: tria oportet cōlecturari accipientem pdicantia in eo quod quid est.

**C**Quarta dco. in diffōne sūt accipiēda pdicātia in qd fm magis et min<sup>o</sup> cōe euacuātia totā nām diffinitū. Ita dco hz tres ptes indicātes tria obseruāda eē i diffōne bōa et simplr bñ data. quoz pma est q in diffōne sūt accipiēda pdicātia de diffinito in eo qd qd est. p3 p methodū de accipiēte tradi tā 2<sup>o</sup> topicoz. vbi ondit q oia posita i diffōne isūt diffinito. et p methodū d gñe traditā 4<sup>o</sup> topicō. vbi ondit oia talia iē diffinito vt gen. Stat at gen<sup>o</sup> inē diffinito i eo qd qd ē **C**3 dubitat. qz dicit por. dñaz pdicari i qle et no i qd. et pbs supra posuit q d spē no pdicaf i qd nisi gen<sup>o</sup> diffinitio. igit no oia posita i diffōne pdicant i qd de diffinito. **C**Dicendū q pdi cari i qd itelligit duplr. Uno q eēntiātr q dicitatiue i p: di cendi p se. et sic loquit Aris. bic. Alio mō q pillud rñdeas ad interrogatiōē factā p qd: et sic locut<sup>o</sup> est por. in vlib. et Aris. vbi supra. oē eni qd est de qditate alicui<sup>o</sup> dñe de illo pdicari in qd large loquēdo. qd aut est tota qditas alicui<sup>o</sup> dñe de illo pre dicari in qd ppe et stricte. et qz diffinitio est distincte tota qd itas spē. et gen<sup>o</sup> dñe. id tā dñe qz gen<sup>o</sup> pprie pdicaf i qd quid d spē. nec obstat q gen<sup>o</sup> est eque ps spē sicut dñe. qz vt sic non dicit totā essentia spē: et cōter vt sic no pdicaf in qd ppe lo quendo. sed vt est totū respectu spē sic dicit totā essentia spē et de illa pdicatur in quid stricte loquēdo.

**C**Et hec ordinare quid primū: aut quid scdm.

**C**Scdm obseruandū in diffōne bona et simplr bñ data est q illa que accipiunt in diffinitioe sūt ordinata pdicamētaliter f3 magis et min<sup>o</sup> cōe. p3. qz i diffōne dz pponi gen<sup>o</sup> cōius oib<sup>o</sup> alyz. 2<sup>o</sup> dñe cōior et prior. 3<sup>o</sup> dñe specialior. et sic cōter vsqz ad dñaz ppria. ita q dñe qto est ppingoz generi tāto sit cōior. et iste est ordo pdicamētalitatis q cōiora semp sūt priora i diffini tionib<sup>o</sup>. **C**Dubitat. qz in diffōne ternary ponit p m<sup>o</sup> et impar quoz nullū est altero cōius. sicut nec sequens ad illud. qz ex impari no segtur p m<sup>o</sup> nec ecōtra. **C**Rñdes q illa diffō non est bona simplr. s3 solū in casu: id no est incōueniēs ptes diffō nis no se excedere. in diffōne aut bona simplr dz ptes gradatim se hre. ita q prior sit cōior et posterior min<sup>o</sup> cōis. vt non sit idē excedēs et excessū. neqz restringēs et restrictū respectu eius des. **C**Ex bis segtur q nec bipes nec mortale in sua cōitate pōt addi aiali rōnali dato q aial rōnale non sit diffō hois. s3 q cōpetat celo iuxta doctrinā platonicoz q tā bipes qz mor tale in plus se hz qz rōnale diuidēs animal.

**C**Et quoniam hec omnia sunt.

**C**Tertiu obseruandū in diffōne bona et simplr bñ data ē q ea que ponuntur in diffōne debēt euacuare totā nām diffinitū ita q nihil breuiter relinqt qd sit ponēdū i diffōne illi. Itō est māifestū qz gen<sup>o</sup> diuidim<sup>o</sup> p dñas ppas et imediatas eua ciantes totū illud. et si vna dñaz illaz adueniēs generi non stituit diffōne diffinibilis assignati dz illā dñam snt cūz gñe iterū diuidere vsque quo habebit dñe pueritibilis cū diffini

to no differēs spē ab illo. diuiso eni aiali p rōnale et irratiōale si aial rōnale in plus se hz qz hō dz iterū diuidere aial rōnale in dñas pueritibiles cū disciplinabili et no disciplinabili. et habebit diffinitio hois. celū eni si eēt aial rōnale no eēt aial disciplinabile. qz no cognosceret p discursum. tm eni homo ē animal disciplinabile.

**C**Est aut hoz vnu primuz p id qd possum<sup>o</sup>: sicut accidēs colligere: qm est et p gen<sup>o</sup> pbare. ordina re aut sicut est dz: si primū accipiat. hoc aut erit si primū accipiat q oib<sup>o</sup> inheret. illi at no oia. neces se eni aliqd eē hmoi. Accepto at hoc iā in inferio rib<sup>o</sup> idē mod<sup>o</sup> erit. scdm at aliozū primū erit et ter tiuz hntiuz. Remoto eni qd ē sursum primū alio rū primū erit. snt at est et in alijs. Qd at oia bec sūt manifestū est ex eo q recipim<sup>o</sup> primū fm di uisionē. qm oē aut hoc aut hoc. Est at hoc et ite rū totū dñe a toto nihil differre spē ampli<sup>o</sup> hoc.

**A**manifestū eni ē: qm neq3 plus apponit. oia. n. que sūt i eo qd quid ē accipiunt hozū neq3 defi cit nihil: aut. n. gen<sup>o</sup> aut dñe vtiqz eēt. gen<sup>o</sup> quidē igitur et primū et cū differētis p m<sup>o</sup> acceptū ē. dñe eni oēs pñetur. no eni ampli<sup>o</sup> sūt vltia. spē enim differret vltimū. hoc aut est dictū no differre.

**C**Dis habitis Aris. pbat q pdicta tria sufficiūt ad diffōnem et integrāt illā. sic arguēdo. illa integrāt diffōne quibus simul acceptis et obseruatis nihil in diffōne ponit supfluuz neq3 di minurū. sed pdictis trib<sup>o</sup> acceptis simul et obseruatis nihil po nitur in diffōne supfluū nec diminurū. qz p3 pna cū maiozi et minoz declaraf p q nihil supfluū ponit in diffōne illis tri bus obseruatis. qz oia posita i diffōne pdicantur de diffinito in eo qd quid est. Scdo q nihil deficit. qz no gen<sup>o</sup> cum p m<sup>o</sup> ponatur in diffōne. nec dñe cūz omnes ponantur inter gen<sup>o</sup> et spē spālissimā. nulla eni dimittitur inter primā et vltimā: per primum ergo documentū nihil ponitur superfluū. quia omnia illa predicata sūt essentialia diffinito. per scdm nihil ponitur diminurū. qz ibi est ordo essentialis predicamentū fm prius et posterius. per tertium vero. nihil deficit. qz sūt omnes dñe. **C**Contra predicta arg. multipliciter. naz datis illis sequitur primo q animal gressibile bipes non est diffini tio essentialis hominis. cōsequēs ē fallsum. et probatur conse quētia. quia bipes non est dñe propria hominis. igitur aliqd relinquitur. **C**Secūdo sequitur q animal rōnale bipes no est diffinitio essentialis hois. qz bipes est dñe cōior qz rōnale ideo deberet dici aial bipes rōnale et no aial rōnale bipes. cū ius tñ oppositū per p m<sup>o</sup> p3. **C**Tertio q aial rōnale non est diffō hois. dñis fallsum. qz inuicē cōuertunt. et p3 pna. qz aial dñe uidit in māfuetū et indomitū: et iterū māfuetū i rōnale et irrō ngle. Cū igit nihil dz relinquit dz dicere aial māfuetū rōnale.

**C**Quarto sequitur q suba aiata sensitina non est diffinitio essentialis animalis. sequens cōtra omnes. et probaf pna: quia aliquid relinquitur. s. dñe sube diuise per corporeum et incorporeuz. ergo oportet diffinire animal per substantiam corpoream animatā sensitinā. **C**Ad primum dicitur q si bi pes sumitur tanqz propria differentia hominis: sic est diffini tio essentialis hominis et simpliciter bona. si autem accipitur vt differentia cōmunit. sic ē diffinitio bona fm quid. scilicet in casu vt dicebat in altero capitulo. **C**Ad secūdum dicitur consimiliter q si rationale est differentia communis: et bipes dñe ppa: tūc illa diffō ē bona diffō simplr. si at bipes est dñe cōis: et rōnale sit dñe cōior vel min<sup>o</sup> cōis: dñmō si sit dñe ppa hominis. tūc est diffinitio bona in casu. quia datur per termi nos cōiores facientes terminū cōuertibile cum diffinito. si aut rōnale sumit vt dñe ppa: et bipes vt cōis cōcedit q illa diffinitio no est bona simpliciter nec in casu. sed deberet dici

animal bipes rationale. Aristo. autē ponens illam intellexit eam esse bonam in casu ponendo quālibet partem diffinitionis cōmuniorem esse diffinito. aut bonam simpliciter ponēdo rōnale tanq̄m dñam cōmunē. et bipes loco dñe proprie.

**C** Ad 3<sup>o</sup> dicit q̄ sic q̄ntitas h̄z duplicē diuisione imediatā. s. p̄tinuū et discretū. et h̄is positionē in p̄tinuū. et nō h̄is ponem̄ i p̄tinuū. ita aīal pōt diuidi imediate p̄ rōnale et irrōnale. aut p̄ mansuetū et indomitū. aut p̄ bipes et multipes. aut p̄ pēnatū et nō pēnatū. si diuidit̄ p̄ sic aīal ē gen<sup>o</sup> p̄pinquū hōī. et rōnale dñia p̄p̄tia. dato q̄ corpa celestia nō sūt rōnabilia. si autē diuidit̄ alio mō p̄cedo q̄ d̄z dicit aīal māfuetū rōnale. q̄z aīal tali diuisione ē genus remotū. nō tñ bñ diuidit̄ māfuetū p̄ rōnale et irrōnale: q̄z aliq̄d ē aīal irrōnale q̄d nō ē māfuetū. semp̄ enī diuisum d̄z p̄uertit cū suis diuidētib<sup>o</sup> d̄fūctim sūptis.

**C** Ad 4<sup>o</sup> r̄idēf q̄ dicētes illā eē d̄fōnez aīalis sumūt subam aīal loco gñis p̄ping p̄p̄ equocationē illi<sup>o</sup> termini corp<sup>o</sup> repti in p̄dicamēto sube et q̄ntitatis. s. sumēdo subaz tanq̄m gen<sup>o</sup> rēotū idubie d̄z diffiniri aīal p̄ subaz corporeā aīatā sensitiuā ita q̄ suba aīata corporeā teneat locū gñis p̄pig. et s̄fctiuū sit dñia p̄p̄tia aīalis. si autēz aliq̄n p̄cessū ē subaz sensitiuā eē diffinitionē aīalis: itelligēdū ē subaz poni loco gñis p̄ping et sensitiuū loco dñe p̄p̄tie sicut bipes nō obstat q̄ alteri cōpetat ab hōīe accipit̄ iterdū tāq̄m dñia p̄p̄ hōīs. vel si accipit̄ suba tāq̄m gen<sup>o</sup> remotū sumat̄ stricte. vt dicit p̄ se ex̄ns et sensitiuū cōiūg q̄ sit aīal. et h̄is ē diffinitio aīalis i casu. et nō simplr. non enim p̄nt semp̄ ad eēte seruari regule Arist. vt vba sonāt: s. sufficit v̄itas itellect<sup>o</sup> et bona applicatio ad illas. sumēdo tñ sensitiuū vt dicit p̄p̄az passionē et nō dñiaz eēntiale aīalis sic suba sensitiua ē bona d̄fō aīalis siue suba sit gen<sup>o</sup> p̄pinquū siue remotus. sicut ēt bñ diffinit̄ hō p̄ aīal r̄f̄ibile siue aīal fuerit gen<sup>o</sup> p̄pinquū siue remotū. s. talis d̄fō ē accidentalis d̄ q̄ nō loq̄t̄ b̄ie p̄hs. sed de essentiali et quiditatua r̄.



**A**erere aut̄ oꝝ et intēdētē i similia in dñia. p̄rimū qdē oīa idē habeant. postea itēz i alteris. q̄ i eodē quidē gñe sūt cū illis. Sūt aut̄ ips̄s quidē idē sp̄e illoꝝ aut̄ alteri. cū at̄ i his accipiātur: quid oīa idē et i alijs siliter. In acceptis itēz siliter itēdēdū ē: si idē sit quousq̄z i vnam veniat rōnez. hec enim erit diffinitio. si vero nō vadit in vna: s. i duas vel i plures. manifestū ē q̄ nō vtiq̄z vniū aliq̄d qd̄ querit̄: s. plura vt dico si qd̄ ē magnanimitas q̄rim<sup>o</sup>. intēdēdū ē in quosdā magnanimos quos scim<sup>o</sup> qd̄ h̄nt vniū oēs inq̄tuz h̄mōī sūt vt alpiciades magnanim<sup>o</sup>: aut achilles: aut ayax: qd̄ vniū oēs nō tolerare iniuriā. hic quidē. n. dimicauit. Ille vero isaniuit: hic aut̄ iterfecit̄ seip̄z Itē in alijs vt lysandro et socrate. si iā indifferētes p̄sp̄itati et ipros̄p̄itati. hec duo accipiēs itēdo qd̄ idē habent: aut̄ ipassibilitas q̄ est circa fortunas. aut̄ itolerātia iniuriāz. Si vero nullū sit due sp̄es vtiq̄z erunt magnanimitatis.

**C** Istud est 3<sup>o</sup> caplm̄ huius tractatus in quo p̄hs dat artem inuestigandi d̄fōnez passionis postq̄z dedit arte inuestigādi d̄fōnē subī. et diuidit̄ i duas p̄tes. in q̄rū p̄<sup>o</sup> ponit̄ regula iue strigādi hui<sup>o</sup> d̄fōnē. In 2<sup>o</sup> vō ponit̄ d̄fōnes sequētes ex illa regula ibi. Semp̄ enī oēs. **C** Regula p̄hī ē ista. si aliq̄ passio p̄petit̄ plurib<sup>o</sup> d̄f̄silliter accipiānt̄ cōia d̄f̄similia et videatur vtrū p̄currūt i aliquā rōnē illis cōioꝝ vel nō. si sic. talis passio diffinit̄ p̄ talē rōnē. si nō illa passio nō est p̄p̄e vna nec sibi p̄p̄e cōr̄idēt̄ aliq̄ vna d̄fō nisi forte egnocē. vbi. g. alpiciades achilles ayax lysander et socrates fuerūt qnq̄z hōies q̄b<sup>o</sup> p̄petebat magnanimitas. q̄z oēs illi d̄icti sūt magnanimi. s. i

eodē mō. q̄z achilles alpiciades et ayax p̄uenerūt i b̄ cōī qd̄ nō posse tolerare iniurias. alpiciades enī dimicauit p̄p̄ vidit̄: et achilles insaniuit. ayax vō seip̄m iterfecit. q̄z nō potuerūt vindicare. alij vō duo. s. lysander et socrates i alio cōī p̄uenerūt. s. in posse tolerare iniurias. q̄z d̄ iniurijs nō curauerūt sed sp̄e q̄nimit̄er se h̄uerunt ad oēs fortunā siue p̄sp̄era siue aduersa accideret. videat̄ q̄ si hec duo cōia. s. itolerātia et itolerātia ē i q̄b<sup>o</sup> illi qnq̄z d̄f̄sillr̄ p̄uenerūt: p̄currāt in aliquā vna rōnē vlt̄. si p̄mū. magnanitas p̄ illā diffinit̄. si 2<sup>o</sup> tē n̄ diffinit̄ aliq̄ vna d̄fōnē. nec magnanimitas ē aliq̄ vna sp̄es seu passio vna.

**C** Notādū p̄ fm̄ p̄hm̄ q̄ isti qnq̄z viri notati fuerūt diuersaz sp̄ez. qd̄ nō ē itelligēdū in p̄dicamēto sube. s. p̄ p̄paratiōnē ad tolerātia et itolerātia q̄ sūt diuersaz rōnū. sicut etiā fortes alb<sup>o</sup>. et plato niger d̄icūt̄ diuersaz sp̄ez nō p̄dicamēti sube. sed p̄dicamēti q̄ntitatis p̄p̄ albedinē et nigredinē q̄bus accidentāliter denoīant̄ q̄ sūt diuersaz sp̄ez p̄dicamēti q̄ntitatis. Dicit enī p̄hs 7<sup>o</sup> p̄hy. q̄ linea recta et linea curua sūt diuersaz sp̄ez nō q̄ illa linea q̄ est recta. et illa q̄ ē curua sūt diuersaz sp̄ez: cū linea sit sp̄es sp̄alissima fm̄ p̄hm̄ i p̄dicamentis. sed q̄z rectitudo et curuitas sūt diuersaz sp̄ez. Ita magnanimitas tolerās: et magnanimitas intolerās sūt diuersaz sp̄erū nō rōne magnanimitatis. sed rōne tolerātie et intolerātie q̄ sūt diuersaz sp̄ez.

**C** Sc̄do notādū q̄ tolerātia et intolerātia p̄ueniūt ex eadē cā. ex eo enī q̄ alijs reputat̄ se dignū magnis cupit̄ honorē et gloriā. et n̄ter nō pōt̄ sustinere iniurias. ali<sup>o</sup> aut̄ ēt reputās se dignū magnis nō curat de gloriā aut de ignominia mūdi. et n̄ter facilius tolerat iniurias. Ex quo sequit̄ q̄ magnanimitas ē vna passio sic est vna d̄fōnē diffinit̄ bilis. nā magnanim<sup>o</sup> est ille q̄ reputat̄ se dignū magnis. et magnanimitas ē virt<sup>o</sup> q̄ q̄s reputat̄ se dignū magnis. tolerantia enī et intolerātia sūt passionēs oppositē p̄currēt̄ i aliā rōnē cōioꝝ q̄ est putatio excelsē dignitatis. Et iō magnanimitas est sp̄es cōpetēs tolerāti et intolerāti: licet nō eē q̄l̄r. plus enim p̄ticipat de magnanimitate tolerans iniurias opprobria aut vbera. nec nō mūdi honorē despiciēs: putās verā gloriā i virtute sūdari: q̄z itolerās: mūdi honorē querēs. p̄p̄terea fides christiana v̄e magnanimos facit. q̄z mūdi gloriā cū suis pompis docet̄ repellere et de aduersitatib<sup>o</sup> nō curare. **C** Tertio notādū q̄ sic paritas et iparitas sūt passionēs numeri p̄currēt̄ in vna passionē n̄ueri nobis ignotā imediate fluētē a p̄ncipys n̄ueri. et sicut curuitas et rectitudo sūt passionēs linee p̄currentes in longitudinē q̄ est p̄ma passio linee nobis nota. ita tolerantia et intolerantia sūt passionēs magnanimitatis p̄currēt̄ in vna passionē cōioꝝ illis fluētē a p̄ncipys magnanimitatis q̄ qd̄ est nobis ignota vocabulo simplici. sed p̄ circūlocutionē d̄icē putatio excelsē dignitatis. et sic cuiq̄q̄ inest linea eidē inest longitudinē: nō tñ rectitudo et curuitas. s. tñ vniū illoꝝ. sic cuiq̄q̄ inest magnanimitas eidē inest putatio excelsē dignitatis. nō tñ illi insunt tolerātia et intolerantia simul p̄p̄ repugnantia. q̄z sicut rectitudo et curuitas nō cōuertuntur cum longitudine copulati sed tñ d̄f̄sūctim: ita tolerantia et intolerantia non copulati sed d̄f̄sūctim conuertuntur cum putatione excelsē dignitatis. **C** Dubitat̄ circa sc̄dōm notabile cū idē inq̄tūm idē semp̄ sit aptū natus facere idē. ex doctrina Arist. sc̄do de gene. Quomodo est possibile tolerantia et intolerantia p̄uenire ex eadē causa cū illa sint opposita. **C** Respondetur q̄ ex parte materie nō est inconueniens ex eodem inq̄tūm idē opposita p̄uenire. dicit enim cōmenta. 3<sup>o</sup> p̄hy. q̄ potentie ad contraria sūt contrarie. constat autem potentias ad contraria imediate p̄uenire ex prima materia. vt colligitur a philosopho. et cōmēta. p̄mo p̄hy. licet igitur tolerantia et intolerantia sint opposita. non tamen obstat ea imediate ex eadem causa p̄uenire: vt sūt passionēs magnanimitatis. ex parte autem agentis impossibile est duo opposita p̄uenire ex eodē inq̄tūm idē. nam idēz agens numero diuersificatum ex parte diuersitatis subiectoꝝ producit oppositum vt est manifestum de coagulatione luti et liquefactione cere p̄uenientibus ab

eadem caliditate numero. idē etiā agens diuersissimode sum-  
ptum circa eandē mās pducit effect<sup>o</sup> oppositos. vt determi-  
nat Aristot. 2<sup>o</sup> phy. de nauta q sui p̄sentia est cā salutis nauis &  
eiussdē absentia ē cā submerisionis illi. iterū idē agēs nume-  
ro diuersis instis diuersos effectus oppositos pducit. ab  
eodē enī vino p̄ infrigidat stomachus p̄ frigiditatē formalē.  
deinde calefit p̄ caliditatē virtualē. p̄terea ab eodez genere  
nūero copulato diuersis appetitib<sup>o</sup> pueniūt 3ry effect<sup>o</sup>. vt  
p̄z de forma subali aq̄ue: que appetitu speciei mouet deorsuz  
p̄pter sitim nālē. & appetitu generis mouet sursum p̄p declina-  
re vacuū. eadē ēt virt<sup>o</sup> motiua sortis ex varietate appetitū.  
aliqui pducit quietē & aliqui motū s̄m 3rias d̄rias positioū.  
Sic in p̄posito est dicēdum q̄ ex magnanimitate supra i di-  
uersis aut in eodē tēpōzibus diuersis tolerantia & intoleran-  
tia possunt puenire nō obstāte oppositōe & d̄rietate. non tñ  
eadē cōsideratōe. sed diuersa. magnanim<sup>o</sup> enī cōsiderās hono-  
rem eē ad augmētū virtutis: etiā reipublice: cupit honozēz  
& gloriā. & efficit intolerās vindictā querēs: si ignominia lo-  
co honozis recipit. deinde cōsiderās honozēz nō eē d̄dignum  
p̄mū virtutis nullūq̄ bonū intrinsecū cōferre ipsi virtuoso  
despicit honozē & gloriā mūdi. & efficit tolerās ignominia &  
opprobria cōsiderās hoc modicū aut nullū malū inferre hoī  
virtuoso. Ex p̄dictis seq̄t q̄ diffinitio subiecti. & diffinitio  
passionis modis oppositis inuestigant. nā d̄ffō subī inuestiga-  
tur p̄ p̄pōnez descēdēdo a magis cōi ad minus cōe. sp̄i enim i  
inferiori maior cōpositio inuenit q̄z in superiori. diffinitio aut  
passionis inuestigat resolutōe pcedēdo a min<sup>o</sup> cōi ad magis  
cōe i quo maior simplr inuenit inuestigando. vtrū sit aliqua  
vna rō i quā pueniāt talia diffinibilia accepta. illud tñ intelli-  
git comparando passionē suo subo. q̄z si cōsiderat passio absolu-  
te: vt est q̄dā spēs p̄dicamētalis nō h̄ns respectū ad subm sic  
etiā p̄ p̄pōnem diuisiue ei<sup>o</sup> d̄ffō poterit inueniri descēdēdo  
a magis cōi ad minus cōmune quō inuestigari p̄t diffinitio  
albedinis vel nigredinis.

**S**emp enī est omnis diffinitio v̄lis. non enim  
in quodā oculo dicit sanabile medicus: sed aut i  
omni: aut in spē determinās.

**I**sta regula p̄missa p̄s ponit duas cōlones. quaz p̄ e ista.  
inuestigatio diffinitiois p̄ h̄s artē traditā est bona atq̄ cōue-  
niēs. hec cōcto triplr p̄bat. 2<sup>o</sup> p̄ sic illa inuestigatio ē bona & cō-  
ueniēs q̄ terminat ad v̄le. s̄z hec inuestigatio terminat ad v̄le.  
igit ē bona & conueniēs. maior p̄z. q̄z nihil diffinit nisi v̄le. medi-  
cus enī diffiniēs sanū nō diffinit: vt ē in isto oculo vel i illo. s̄z  
in cōi vt est in oī oculo aut diuidit ipm in determinatas spēs  
diffiniēdo illas absq̄ descēsu ad singularia. minor aut decla-  
ratur. q̄z magnanimitas reptā i alcide acbille & ayace p̄ intro-  
leratā. & magnanimitas reptā i lysandro & socrate p̄ impassi-  
bilitatē & tolerantā reducunt i v̄nā rōnez cōez. s̄i reputare  
se dignū magnis. **N**otādū q̄ duplex ē rō. v̄z cōplexa & icō-  
plexa. rō cōplexa est d̄ffō: vt aīal rōnale. rō incōplexa est for<sup>o</sup>  
denominās ipm diffinibile: vt humanitas & aīalitas. toleran-  
tia & intoleratā reducunt in rōnez simplicē q̄ est magnani-  
mitas aut passio querribilis cū magnanimitate. reducūt ēt i  
rationem cōplexā que est diffinitio magnanimitatis. s̄i repu-  
tare se dignū magnis.

**F**acilius quidem est singulare diffinire q̄ v̄le.  
vnde oz ex singularib<sup>o</sup> in vniuersale ascendere: &  
nāq̄z equiuocationes latent magis in vniuersali-  
bus q̄z in differentibus.

**S**ed sic illa inuestigatio ē bona & conueniēs q̄ faciliozi nō p̄-  
cedit. s̄z hec ē h̄s. igit r̄c. p̄z cōna cū maiori. & mior declarat. nā  
facilius est diffinire singulare q̄ v̄le p̄p equuocōes latētes i  
